

5.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

(Fortsetzung 1).

25. Cochlaeus an Aleander: Rückkunft nach Dresden; Absicht nach Leipzig zu gehen, um dort eine genannte Schrift drucken zu lassen. Hofft auf die Unterstützung der Kurie, um seine übrigen Schriften drucken lassen zu können. 1532 Juni 28 Dresden.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 85, eigenh. Orig., mit Aleanders Vermerk: Ratisponae 8 julii.

S. redii ² huc domum ante triduum; nihil comperio quo de digne scribere queam. res apud nos in antiquo sunt statu, hoc est in suspenso et ambiguo. cras hinc Lipsiam versus abiturus sum, ut ibi edam psalterium Brunonis, pro quo suppetet impensas honestus et pius quidam decanus Budissinensis. caeterum de opusculis meis quid nunc edere queam nescio. corrasii 22 florenos Rhenen.; sed quid haec summula ad chalcographiae impensas efficere queat? bene autem spero R^{mae} D. T. intercessione aliquid obventurum cum tempore, unde possim habere impensas pro opusculis meis, de quibus dixi coram aliquando R^{mae} D. T.; nostri hic praelati onerati sunt nunc militum contra Turcas impensis. de Lutheranis nihil certi audio. in itinere dicebat quidam, Nurembergae tantundem effectum esse quantum Sweinfordiae. curet

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470ff. und Bd. XVIII, S. 106ff. dieser Zeitschrift.

2) Cochlaeus war in Regensburg auf dem Reichstage gewesen: vgl. seine Briefe an Nausea in Epist. misc. ad Nauseam, p. 125--127; sowie Lämmer, Mon. Vatic., p. 119. 122.

obsecro R^{ma} D. T. ut intercessio vestra semel perducatur ad effectum, sive per pensionem sive per camerae largitatem; ego certe fidelem adhibebo operam, ut non videatur hujusmodi subsidium male collocatum. bene valeat R^{ma} D. T., domine mi colendissime, studiosorum patrone non minus quam linguarum literarumque et catholicae veritatis assertor.

Ex Dresda 28 junii 1532.

Dignetur quaeso R^{ma} D. T. salutare nomine meo inclytum tuum dominum Dominicum, capellanum, item et janitorem camerae, et rogo ut commendatum habeat Ioannem Nauseam¹.

26. Cochlaeus an Aleander: Briefbeförderung. Die von Aleander in Aussicht gestellte Unterstützung. Verbindung mit Gleichgesinnten zum Kampf gegen die Neuerer. Familiennöte. Höhe der Druckkosten; Schwierigkeit dieselben zu beschaffen. Der Titel seiner Streitschrift gegen Melanchthons Apologie. Nausea und sein Neffe. Verdeutschung eines Briefes Clemens' VII. an Karl und Ferdinand. Ausmarsch zum Türkenkrieg. 1532 Juli 30 Leipzig.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 86, eigenh. Orig.; mit Aleanders Vermerk: Ratisponae 15 augusti. — Der Brief trägt auf der Adresse den Namen des Campeggi; Cochlaeus strich denselben aber aus und schrieb darunter: *erravi in literis; ignosce precor.*

S. anxie vereor ne literae meae ad R^{mam} D. T. non perveniant; multo tamen magis timeo ne tuum ad me responsum intercipiatur. certe dominus Julius Pflug affirmat meas ex Dresda literas² Ratisbonae redditas esse; spero itaque per eum rediturum ad me responsum. quod si non fiet, licebit semper ad me per bancum Welserorum scribere, ea cautione ut literae tradantur Hieronymo Walthero Lipsiae, qui Welserorum socius et factor (ut vocant) mihiq; summus est amicus. meminisse potest R^{ma} D. T. eorum quae colloquuti sumus frequenter; obligatam eam habeo non sane ex meritis meis, sed ex gratuitis et gratiosis promissis suis. vide igitur, excellentissime tum sacrorum tum literarum et omnis bonae ac piaae eruditionis antistes, ut in tem-

1) Mit diesem Brief ist nachträglich ein undatiertes Billet von der Hand des Cochlaeus 'zusammengeklebt' worden, des Inhalts, daß laut eines Briefes des R^{mus} dominus Capuanus [Nikolaus Schomberg] der Papst diesem versprochen habe, ut centum aureorum proventus mihi aliquo in sacerdotio in pensionem ascribat. Diese Mitteilung des Cochlaeus erwähnt Aleander bereits in seiner Depesche vom 31. Mai 1532 (Lämmer p. 119); das Billet fällt also früher und hat mit oben stehendem Brief nichts zu thun.

2) Nr. 25.

pore et tu promissa praestes et ego vicissim ope tua operam meam praestare queam: in me nulla erit vel mora vel desidia, et ascivi mihi socios dimicationis¹ adversus nequissimam illam terram nigram, viros egregios, qui et stylo et eruditione valent, ut turmatim illam aggrediamur. sed nosti quid me urgeat. nunc elocanda est meo sumptu altera neptis, et restat tertia natu maior. rediit item ex Anglia nepos, cui ad studia hujus academiae suppeditandi a me sunt sumptus. haec omnia ex annuo censu praestare potero, sed interim ad editionem opusculorum nihil de meo conferre licebit. nunc edo quidem psalterium quoddam Brunonis, quod R^{mae} D. T. optime probatum iri spero; sed impensas subministrat venerabilis quidam senex decanus Budissinensis, qui loco testamenti in utilitatem communis cleri vult has subire expensas², quae sane non adeo exiguae sunt. nam pro sola papyro expendit jam ultra 100 florenos Rhenenses, et nondum finis est. quid de meo Praeludio Ratisbonae apud dominum de Grandvela factum sit, nescio; sociis meis non placet hic titulus, quem abominantur propter Lutherum, qui suae Babylonicae Captivitati eum titulum indidit. itaque loco Praeludii apposui Velitationem³. si R^{mae} D. T. displiceat hoc vocabulum, aliud accommodabitur. si tibi rescribere non vacet, obsecro ut jubeas respondere nepotem domini Nauseae⁴, a quo nihil prorsus literarum hactenus accepi, licet ipse crebras scripturum se promiserit. eum R^{mae} D. T. devote commendo, ut intelligat dominus Nausea se bonam in oculis tuis gratiam habere. mitto nunc exemplar teuthonicum cujusdam epistolae sanctissimi domini nostri papae ad Carolicum imperatorem et Ferdinandum regem fratres, quam in teuthonicum verti ac edidi ad obturanda ora obloquendum illius Sanctitati iniquissime pariter et impiissime. nonnulli jam dicunt eam fictitiam esse, id quod mihi minime videtur. plebs certe ex ea bene edificatur et de papa melius sentire coepit quam antea. bene valeat R^{ma} D. T., domine et patrone mi charissime.

Ex Lipsia 30 julii 1532. — Dominum secretarium salvere ac optime valere jubeo.

Nostrates equites turmatim hac proficiscuntur ad bellum contra Turcas, et pedites non pauci.

27. Cochlaeus an Aleander: letzterer auf der Rückreise; Empfehlung an Bischof Giberti von Verona. Thätigkeit zur

1) S. u. Nr. 27.

2) Nach Nr. 32 scheint der Betreffende die Druckkosten nur vorgestreckt zu haben.

3) Velitatio in apologiam, wider Melanchthon.

4) Vgl. Nr. 27 zu Anfang.

Widerlegung der Apologie Melanchthons; Werbung von Kampfgenossen. Editionsschwierigkeiten. Das Psalterium Brunonis. Verwendung für den zum Katholizismus zurückgekehrten Georg Witzel. Absicht nach Sachsen zurückzukehren. Schickt eine von Erasmus erhaltene Zeitung. 1532 Oktober 7. Mainz.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 87, eigenh. Orig., mit Vermerk Aleanders: Bononiae per urbem 12 januarii 1533. — Auf der Adresse bezeichnet Cochlaeus Aleander als legatus Veneciarum (vgl. Deutsche Nuntiaturberichte I. III S. 36 f.).

S. ex literis famuli tui Joannis Nauseae, quas ille non ad me, sed ad patruelum suum ex Lyncio¹ dedit 18 septembris, intelligo R^{mam} D. T. postridie illinc Romam versus abiisse. Deus faxit ut per omnia prosperum fuerit iter tuum. ubi R^{ma} D. T. venit Veronam, spero eam fecisse bonam mei mentionem et commendationem apud R^{mum} dominum Veronensem², magnum illum et munificum pauperum ac studiosorum patronum. itidem facturam eam spero apud summum pontificem, ubi Romam pervenerit. ego ex Dresda et ex Lipsia scripsi ad R^{mam} D. T., quid autem acceperit nescio; scribo nunc per curialem quendam, fidiorem, ut spero, quam esse solent plerique tabellarii et mercatores.

Petebat R^{ma} D. T. Ratisbonae ut in Apologiam Philippi Melanchthonis nonnihil ederem. quod utique fecissem, si potuissem. et ejus rei gratia petii Lipsiam et inde Hallis in Saxonia, ubi residere solet aliquando R^{mus} et Ill^{mus} dominus cardinalis Moguntinus, ubi reperi socios certaminis theologos tres, quorum duo³ scripserunt ultro, tercius⁴, qui stylo melius valet, meo hortatu. sed quid prodest scripsisse, si edere non possimus? recordetur queso R^{ma} D. T. verborum meorum, quae Ratisbonae ultro citroque dicta sunt. edo nunc Lipsiae psalterium quoddam, ad cujus editionem liberaliter subministravit quidam presbyter 160 florenos Rhenenses, et nondum est finis, nec ille gravabitur plures superaddere, ubi necessarium fuerit. qui loco testamenti subit et profert eas impensas, ut simpliciores et occupatiores presbyteri et monachi habeant psalterium illud loco enchiridii. ad libros vero contra haereticos nusquam talem reperio patronum. facio quod possum; si facultas daretur, animus et conatus non

1) In Linz kam Aleander am 14. September an: Lämmer I. I. nr. 116 (p. 146).

2) Giovanni Matteo Giberti.

3) Das ist wohl der Franziskanerguardian Augustin Alveld und der Dominikanerpropst Michael Vehe (Vehus): vgl. über diesen Allgem. deutsche Biogr. XXXIX, S. 529.

4) Crotus Rubeanus.

deessent. R^{ma} D. T. pro sua autoritate optime potest, si vult, me consortesque meos juvare — — —

Est¹ vir quidam egregie doctus, isque adhuc juvenis robustus et laboriosus, qui ultra decennium in Lutheranismus versatus, nunc tandem ad cor reversus ecclesiae potius quam sectae filius esse cupit. scribit acerrime in sectam Lutheri latine et teuthonice, propter quod infensissimi sunt ei Lutherani; sed bonus vir nusquam apud nos invenit justum refugium auxiliumve et consolationem. Nausea et ego bona quidem verba damus ei; quid ultra adjiciamus, non habemus. effecimus tamen ut impensis nostris et cujusdam amici duo nunc libelli ejus excudantur. si haberet chalcographum promptum et voluntarium, egregie profecto confutaturus esset socios suos quos deseruit. impediunt itaque illi eum ubicumque possunt, minis, calumniis, insidiis et omnibus dolis. eum si vel in modico adjuverit R^{ma} D. T., sentiet omnino quam piam et efficacem ibi fecerit eleemosynam. doctus enim est latine, graece et hebraice, non tamen ea perfectione qua unice ad miraculum usque pollet R^{ma} D. T.; valet item sermone et stylo teuthonico plus quam Otto Brunfelsius; nam et ad populum diu concionatus est in secta Lutheri apud Thuringos et Saxones. nomen ei est Georgio Wicelio ex oppido lantgravii Hassiae nomine Vach. cogitet saltem de illo R^{ma} D. T., ne egestate coactus ad Lutheranismum redeat.

Fui nunc Moguntiae in residentia² plus consumpsi quam ex praebenda consequi valeam, hoc anno minus est fructuum, minus vini quam anno superiore. post triduum hinc Lipsiam ac Dresdam versus abiturus sum. Lipsiam commode mitti possunt literae (ut dixi) per bancum Welserorum. mitto nunc tragici casus descriptionem, quam nuper a domino Erasmo Roterodamo accepi. ab armis ubique nunc apud nos quies est, dum Caesar cum rege Romanorum belligerantur contra Turcas, de quibus certiora sunt apud vos quam apud nos. bene valeat R^{ma} D. T. et salutet quaeso virum optimum et eruditissimum dominum Dominicum secretarium.

Ex Moguntia 7 die octobris 1532.

1) Zum Folgenden — über Georg Witzel — s. auch Cochlaeus in den Acta et scripta Lutheri, p. 253 sqq.

2) Durch Beschneiden des oberen Randes ist die Lesbarkeit der Zeile beeinträchtigt; vielleicht: nostri Nauseae.

3) Einige andere Briefe des Cochlaeus aus dieser Zeit sind in Riederers Nachrichten gedruckt; sie waren mir nicht zugänglich.

28. Cochlaeus an [Aleander]: Verwendung für seinen Neffen Johann Bauer [c. 1532 Oktober Mainz]¹.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 18^a eigenhändig, Fragment, ohne Datum und Adresse.

R^{me} domine. si Romae consistas, non erit, opinor, R^{mae} D. T. difficile tua autoritate et practica efficere ut nepos meus Joannes Agricola², clericus Eystetensis diocesis, assequatur hic ad sanctum Victorem vicariam, quam multis annis possidet Joannes Wener in pistria famulans, cui velim persuaderi ut eam sub justa pensione dimitteret, quia multo plus ex pensione quam ex possessione recepturus esset. quid enim recipit, cum vineae illius per negligentiam et absentiam ejus jam sint destructae? obsecro ut efficaciter hic agat R^{ma} D. T. et rescribat domino Nauseae quid opus sit facto. spero te mei memorem fore in bono apud San^{num} dominum nostrum et apud Veronensem.

29. Aleander an Cochlaeus: erhaltene Briefe; weshalb er nicht eher geantwortet. Erfolgreiche Bemühungen für Cochlaeus. Nuntiator in Venedig. Erbieten, Witzel in Italien zu versorgen sowie die Schriften des Cochlaeus von Venedig aus vertreiben zu lassen. Kardinal Cajetan und die Pariser Universität. Verhalten Rangones und Briardes gegen Luther. Unmöglichkeit, eine Unterstützung für Haner zu beschaffen. Hat eine Pfründe für Cochlaeus ausgewirkt. [1533 August 29 Venedig]³.

Aus Cod. Vat. 8075 fol. 128^b—130^a, gleichz. Abschr., ohne Datum und Aufschrift.

Binas abs te tantum accepi literas post meum e Germania discessum et nihil amplius, quamvis secus rem habere e proximis tuis, quas nudius tertius accepi⁴, literis significas. ad eas cur non prius responderim, effecerunt non tam curae, quae me undi-

1) Der Brief, als dessen Ausstellungsort Mainz sich kundgibt, dürfte kurz nach Nr. 27 abgefaßt sein. An den Aufenthalt des Cochlaeus in Mainz 1526 bis 1528 ist wohl nicht zu denken, weil aus dieser Periode eine Korrespondenz mit Aleander weder nachweisbar noch wahrscheinlich ist.

2) Über Johann Bauer (Agricola) von Wendelstein s. S. Widmann, Eine Mainzer Presse der Reformationszeit (Paderborn 1889), S. 58; vgl. auch unten zu Nr. 70.

3) Über das Datum dieses Briefes s. u. Nr. 33. Er erreichte den Adressaten, wie ebendasselbst angegeben, erst am 21. November 1533. Cochlaeus antwortete am 12. April 1534 (unter Nr. 32).

4) Zu diesen drei Cochlaeusbriefen gehört Nr. 27; die anderen (eine Mitteilung über einen von ihnen s. u. S. 240, 1) scheinen nicht erhalten zu sein.

que et gravissimae et frequentissimae semper fere oppresserunt, quam quod nihil tibi expedirem eorum quae animo meo conceperam vel jam tum quum in Germania essemus. usque adeo omnia dura inveni, non pontificis magis quam temporum culpa, ut nunquam meminerim me in aliqua re proficienda, quam suscepissem, infortunatiorem. id me retardavit quominus responderim, dum partim tedio et verecundia revocor, partim expecto adhuc si quid prius adsequi possim, quo si non virtutes tuas condigno premio remuneraremus, saltem succurreremus honestissimis laboribus scribendi aut excudendi aliquid, quibus in communem ecclesiae usum semper distineris. quorum neutrum quum in presentia adsequi sperem, habita hujus nuncii commodissima occasione, quamvis essem et negociis aliis occupatus et non satis prospera valetudine, haec tamen ad te scribere decrevi, tum ut cognosceres binas illas tuas, de quibus supra dixi, ad me pervenisse, tum ut scires ubi nunc agerem. ago enim Venetiis, postquam pontifex e Bononia discessit¹, in legatione honoratissima illa quidem, sed continuis atque arduis curis honerosissima et propter nimiam rerum caritatem hoc tempore non parum dispendiosa. id quod moleste fero, sperans post tot labores affuturum aliquod praemium, quo non me tantum meosque, sed amicos (quorum tu precipuus) adjuvare possim. interim postquam tu optimis conditionibus conductus principem tuum deserere non audes nec merito debes, si doctum illum virum triplici lingua Georgium nomine (cognomen² nunc non recolo), quem nuper ad nos ab adversariis transfugisse et in non vulgari periculo eorum causa versari mihi scripsisti, ad me mitteres, et exciperem hominem libentissime maximeque hilari vultu et foverem apud me commodissimis honestissimisque premiis, adeo ut eum non³ ita multo revivendae patriae desiderio detinendum sperare ausim.

Quod autem ad libros tuos attinet, si quos ad me mittes, curabo eos omnes ab aliquo mercatore emendos, neque te penitebit aut laboris aut impensae. neque tamen interim desinam literis tum pontificem tum Veronensem antistitem sollicitare, ut tui quamlibet absentis ratio habeatur, cujus voti si non compos fiam, tibi persuadeas velim temporum culpa id fore, non quia et pontifex et Veronensis non te plurimi faciant et ament. tantum abest ut id verum sit quod scribis, libros tuos Romae fieri nauci; in quo non vides, quod in proverbio greco est, sub omni lapide scorpionem aliquem delitescere. non enim aliunde putes quam ab aliquo clandestino heretico id proficisci.

1) Vgl. Nuntiaturlberichte I, III, S. 37.

2) Witzel.

3) Sic?

De cardinali Sancti Sixti quod scribis nescio quae ejus scripta Lutetiae fuisse damnata¹, subolfeci et ego nescio quid, et commonui statim pontificem, quum primum e Germania decedens Romam venissem. sed adhuc certi nihil audivi, nisi tantum ejus libros sub incude Parisiensium² versari. si quid autem hujusmodi erit quod scribis, brevi in lucem exeat necesse est. ego profecto non paucula deprehendi in ejus libris quae vel immutata ab eo velim vel ab iis, ad quos hoc examen prestat, jam damnata, ne aliquod virus disseminent in mentibus hominum, quum ab homine ingeniosissimo et in scholasticae philosophiae et theologiae studiis primi nominis, praeter eam qua prefulget in ecclesia dignitatem, prodierint. sed de iis plura fortasse quando per occupationes licet.

Nunc ad id quod scribis, miratum te plurimum atque adeo doluisse, quod pontificis et Caesaris oratores Witembergae Luthero caput [denudaverint]³. si id sponte sua et primi ipsi fecerunt, non possum non damnare et de hoc tecum conqueri; sin autem resalutando hominem, qui prius eos ipse honoraverit, non ita improbo factum, quum id in aliena terra facere interdum sit prudentiae et adliciendi reducendique hominis gratia, si id fecerunt. insit etiam prudentiae admixta pietas christiana, quae summa ope niti debet aberrantes oves, imo vero etiam desperatas revocare ad caulam et sanare⁴. illud mihi magis dolet, non potuisse me Hanero nostro, id quod sperabam, ab eo episcopo, qui hac tempestate fere solus erat studiosorum Mecenas⁵, aliquid commodi querere, non quod defuerit studium etiam pertinax, sed quia ita ipse omnes suos proventus fovendis suae dioceseos pauperibus

1) Vgl. was Aleander am 23. August 1533 aus Venedig an Salviati schrieb: Da Saxoniam mi vien scritto per Chocleo, fin là esser ita fama che gli Parisini theologi hanno condannato 19 articoli dil R^{mo} Santo Syxto [Thomas de Vio, card. Cajetanus]. desidero molto de intender quello che ne è et quanto habbia giovato il breve di Nostro Signore scritto alla facultà di theologia sopra questa causa. il qual si fu scritto come mi disse Sua Santità, mi meraviglio che siano così processi più oltra et massimamente a publicar la loro censura. Arch. Vat. Nunz. di Venezia, vol. I, fol. 183 Orig.

2) Hier läßt die Handschrift eine Lücke für ein Wort. (Dies begegnet öfter in dem Codex, der Abschreiber vermochte augenscheinlich seine Vorlage, von der schwer leserlichen Hand Aleanders, nicht überall zu lesen, und hernach übersah Aleander bei der Revision der Abschriften die Auslassung.)

3) Lücke in der Handschrift.

4) Vermutlich handelt es sich um unbegründeten Klatsch; wissen wir doch aus Luthers eigenem Munde, (deWette IV, 453), daß die Gesandten — Ugo Rangone, Bischof von Reggio, und Lambert de Briarde — kein Wort mit ihm gewechselt haben.

5) Giberti von Verona?

maritandisque illic virginibus et construendis templis debitos censeat, ut quidquid alibi eroget, id omne praeter jus praeterque fas ovibus sibi commissis sublatum putet, quod ego ut non usquequaque laudo, ita non damnare ausim, si sanctus episcopus in re tam pia suo sensui tantum innitatur.

Plura ad te scripsi quam sperabam me principio per curas perque valetudinem posse; proinde finem faciam, si prius te certiores reddidero obtinuisse me tibi, dum Bononiae essemus, nescio quod in Germania sacerdotium: in quo nomine, [quale]¹ quantumque valeat, poteris a reverendo domino Theodorico [de Rheden]², qui tibi meas literas reddet, cognoscere. is enim, ut est vir generosus et omnium literatorum amatissimus, negotium meis auspiciis impetratum Romae postea ad finem deducendum curavit. vale, frater carissime, et me Ill^{mo} et in primis chatholico principi tuo generoso, item et in bonis literis eminentissimo domino Julio Pflug atque commendes — — —

30. Cochlaeus an Vergerio: erbittet seine Vermittlung, um bei der Testamentsvollstreckung des Administrators von Prag mit einer Unterstützung bedacht zu werden, die er zum Druck genannter Streitschriften verwenden möchte. 1533 Dezember 24 Dresden.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX nr. 66 fol. 89, eigenh. Orig.; Adresse: R^{mo} . . . domino Petro Paulo Vergerio sedis apostolicae et San^{mi} Domini Nostri papae nuncio apud Ser^{mm} Romanorum Ungariaeque et Bohemiae etc. regem . . .

S. quamquam non arbitror me primum et unicum esse, qui R^{mae} Dominationi Tuae ignotus et nominis et officii tui tum fama tum autoritate illectus ad te scribit, merito tamen precanda mihi venia est hujus meae temeritatis, quam et facile me impetraturum spero tum R^{mi} domini Viennensis intercessione tum aequitate causae et humanitatis tuae fiducia. non enim ad fastiosum scribo barbarum, sed ad virum Italum, qui erga omnes gentes dextre uti novit mansuetudine et facilitate! causa vero scribendi est sacrosancta religio, pro cujus defensione tot jam annos per varia, ut ille ait, discrimina rerum laboro. cum igitur ex R^{mo} domino Viennensi intellexerim, pietatem tuam sollicitam esse apud sedem apostolicam ut inde aliquid subsidii elargiatur iis qui pro catholica religione in haereticis depugnant, ne suo semper militare cogantur stipendio³, mei sane officii esse arbitror pro ea cle-

1) Lücke in der Handschrift.

2) Desgleichen; der Name erhellt aus Nr. 33.

3) Vgl. Deutsche Nuntiaturreports I, I, Nr. 2 (S. 83 f.).

mentia tua gratias reverenter agere, saltem pro bona voluntate, etiamsi effectu fraudaremur. quod si illic voti compos non fuerit R^{ma} D. T., aliam ostendo viam, qua ex propinquo facile possis me absque ullo impendio sola auctoritate efficaciter juvare. quippe hospes es, ut audio, Rev. ac generosi domini praepositi Pragae, qui testamentarius est demortui administratoris, qui dives post se testamentum reliquit. quamquam vero is ultro benigne promisit mihi suffragium et operam suam in ea re, multum tamen spei meae accesserit, ubi intellexero tuae quoque clementiae verbum bonum in preces supra additum esse. ne vero suspicetur R^{ma} D. T. me subsidio illo ad privata commoda usurum esse, paucis declarabo ad quae illo uti velim.

Excuditur mihi nunc Augustae apud Vindelicos vetus illa et insignis epistola Nicolai papae primi ad Michaellem augustum, qua et Romanae ecclesiae auctoritas et sacerdotii dignitas egregie asseritur. cui quaedam alia addidi, ut justus foret liber. Lipsiae vero ad tria opuscula excudenda comparata est jamdudum papyrus. quorum primum erit tractatus Innocentii papae terti de sacro altaris mysterio, sex libros complectens, opus profecto insigne ac tanto dignum pontifice atque ad haec tempora maxime opportunum. nam Lutherus nuper novas in missam et sacerdotium nostrum injurias atque impietates teuthonice edidit: usque adeo implacabilis et irrequietus est catholicae religionis hostis. habeo praeterea quatuor prolixos libros Ammalarii super cerimoniarum nostrarum mysteriis, nunquam antea editos a chalcographis. fuit vir ille archiepiscopus Treverensis sub Carolo Magno et Ludovico Pio. eos tamen libros nunc non edam nec possum, sed expectabo tempus opportunum ubi potero. reliqua duo opuscula nunc edenda breviora sunt: alterum duos continet libellos Isidori, e quibus in decretis quaedam recitavit Gratianus; alterum novum est, DC axiomata ex ordine referens contra solam fidem quam Lutherus asserit; quod homo eruditus, olim Lutheranus, composuit¹. haec sunt, R^{me} domine, ad quorum editionem illo uti subsidio velim; totum enim impensarum onus me unum incumbit et a chalcographis omnia redimere me oportet. rem itaque feceris eximie piam, si consilio et auctoritate tua parvitatem meam juveris et sub onere impensarum anxie sudantem ac anhelantem subsidio aliquo cures sublevari. caeterum ad privata commoda mea nihil desydero, satis enim est unde privatim vivam ex Dei benignitate;

1) Autor war, wie Cochlaeus auch später (in nr. 32) angiebt, Johannes Haner aus Nürnberg. Die Schrift war dem Herzog Georg von Sachsen gewidmet und ging aus unter dem Titel: Prophetia vetus ac nova, hoc est vera scripturae interpretatio; de sincera cognitione Christi deque recta in illum fide.

ad publica vero onera tenuitas mea minime sufficit. certe neque titulos neque honores majores requiro, sed fidem ac religionem cum caeteris ad mortem usque asserere ac per Dei gratiam defendere cupio. habes voti mei summam, R^{mo} domine. pauci ex Catholicis in Germania supersunt qui contra haereticos publice scribunt; scio tres viros sane doctissimos, qui e Lutherismo ad nos redierant, sed male premit et illos onus impensarum, quando ita res habet nunc in Germania ut haeresibus faveant plurimi, catholicis vero institutis paucissimi. unde fit ut multo citius vendantur haeretici quam catholici libri. bene valeat R^{ma} D. T. atque huic meae prolixiori quam fore putabam temeritati clementer ignoscat.

Ex Dresda 9 calend. januaris anno domini 1533 ¹.

31. Cochlaeus an Vergerio: bittet wiederholt um Beihilfe zu den Druckkosten seiner Bücher; wünscht, auf Anregung Aleanders, letztere auch in Italien zu verbreiten. Seine Schriften de novitatibus Saxoniae und de futuro concilio. Sendung nach Schottland. Druck seiner deutschen Schriften. Empfehlung Nauseas und des Magisters Hasenberg. 1534 März 14 Dresden.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX nr. 66 fol. 91, eigenh. Orig.; Aufschr. R^{mo} . . . Petro Paulo Vergerio nuncio apostolico etc. Pragae in aedibus Rev. d. prepositi.

R^{mo} domine, vir eloquentissime, inelyte studiosorum Moeenas.

S. quod R^{mam} D. T. antea rogavi, nunc iterum rogo vel maxime et obsecro, ut in bonum memor velit esse mei circa negocium testamenti Rev. et in domino defuncti administratoris Pragensis, ne vana mihi spes illa reddatur. brevi enim videbit R^{ma} D. T. quod justa et necessaria sit haec mea petitio. in horas enim expecto e Lipsia quinque opuscula, uno nunc impetu meis edita impensis et quidem singula in mille exemplaria multiplicata, praeter eas expensas quas interim et hic et Augustae in aliis patior opusculis. poterit me certe R^{ma} D. T. absque omni incommodo suo hac in re optime juvare vel nudis verbis et bono consilio. etenim R^{mus} dominus archiepiscopus Brundisinus, legatus sedis apostolicae apud Venetos, et ore commisit mihi Ratisbonae et per litteras ante paucos menses e Venetiis repetivit, ut aliquot opusculorum meorum exemplaria latina Venetias ad ipsum

1) Laut Nuntiatursberichte a. a. O. Nr. 51 (S. 156) muß Cochlaeus um dieselbe Zeit einen zweiten Brief an Vergerio geschrieben haben, um ihm gewisse polnische Studenten zu denunzieren, welche neuerdings nach Wittenberg zum Studium gegangen seien.

transmittere satagerem, quod certe lubenter ac merito quidem facturum sum, modo per R^{mam} D. T. prius certior fiam an adhuc Venetiis degat. ex Nurnberga enim quidam scripsit his diebus, mercatores inde venientes nescire ejus praesentiam apud Venetos. quod si non sit aut forte brevius abiturus sit quam ut libelli mei illuc pervenire ad ipsum queant, cupio scire an R^{mus} dominus Veronensis domi sit aut ubi sit, ut ad illum saltem tuto possit vas librorum mitti, quod e Lipsia Nurenbergam aut Augustam missurus sim, ut per mercatores ulterius transmittatur. quod si neuter Venetiis aut Veronae consistat, indicet quaeso R^{ma} D. T. alium bonum et fidelem virum, ad quem tuto mitti queant, ut illic quoque disseminentur. nam libellus de novitatibus Saxoniae ad R^{num} dominum Veronensem scriptus est partim et partim ad episcopum Eliensem¹ in Anglia, cujus argumentum, licet inculto exaratum stylo, R^{mo} D. T. haud ita ingratum aut injucundum fore spero. nisi ante paucos dies libellum de futuro concilio ad R^{mam} D. T., ex quo intelliges causam propter quam in Scotia transmittere me propriis sumptibus nuncium, immo duos nuncios propter maris et insidiarum pericula oportet; et jam arripuerunt iter, quod Deus precor bene fortunet². mitto nunc epistolam Ill^{mi} principis ac domini mei, ut et ipsa Scotos ab apostatari machinationibus praemoneat. libellum vero ad regem Scotiae jam dudum transmissi ad R^{mam} D. T.: in summa precor et obsecro, ut de vase librorum in Italiam transmittendo fidele mihi det R^{ma} D. T. consilium idque absque dilatione. et bene valeat.

Ex Dresda 14 martii 1534.

De negotio isto ad Scotos cave obsecro, R^{mo} domine, ne forte ad Lutheranum quempiam per has literas effluat, quia maxime timeo ne parent insidias nunciis meis, si resciverint. quod si R. D. T. scripserit propediem ad San^{num} dominum nostrum, poterit ei veraciter indicare, quantum me premat onus impensarum, ultra labores et vexationes quoque, quas ingerunt adversarii; nam in teuthonicis quoque libellis non raro sic gravor impensis etiam hoc tempore, et hic pro votis monasticis et Lipsiae pro defensione missae³.

1) Ely; noch Gams: Nicolaus West.

2) Vgl. den vom 12. März 1534 datierten Brief des Cochlaeus an den Primas von Schottland, Erzbischof Jakob Betoun von S. Andrews, in Raynaldi Annal. eccl. 1533, § 14—17 (gleichzeit. Abschr. im Cod. Vat. 3914, fol. 167^b—170^a); s. auch die Acta et scripta Lutheri, p. 299, sowie den nachfolgenden Brief des Cochlaeus an Aleander (Nr. 32).

3) 'Et ne Germaniae populos negligere videretur, teuthonice quoque respondit tam impio ac plane diabolico libro Lutheri [von der Winkelmesse cet.]: so Cochlaeus von sich in den Acta et scripta Lutheri (p. 282).

Si dominus Nausea e Roma reversus ad regis curiam pervenit aut brevi venturus est, rogo suppliciter ut R^{ma} D. T. ejus viri ingenium ad omnia versatile non posthabeat neglectim, sed promoveat quantum poterit, multum enim prodesse poterit.

Magister Joannes Hasenbergius Bohemus, e Praga nuper rediens, miris laudibus tuam extulit gratiam et humanitatem. ait R^{mam} D. T. gratis expedituram in favorem ejus duas dispensationum bullas, quas retardari audio defectu bibalium, ut vocant. descripsi quidem et me sponsoem interposui, modo expediantur. cupit vir bonus auctior gradu et honore in Bohemiam reverti, sed non poterit nisi juvetur ex testamento administratoris. qua in re summam spem ponit in promotione R^{mae} D. T. et Rev. episcopi Viennensis. sed prolixior factus sum quam ad R^{mam} D. T. decet; ignosce precor iterumque vale, domine clementissime.

32. Cochlaeus an Aleander: hat nr. 28 erhalten; war bis jetzt im Unsichern über Aleanders Aufenthaltsort. Zusammen treffen mit Vergerio am Königshofe. Litterarisch-polemische Arbeiten und Bestrebungen. Die ihm von Aleander ausgewirkte Pfründe. Haner; Witzel. Bischof Giberti. Art der Beförderung von Briefen nach Leipzig. Luther gegen Erasmus. 1534 April 12 Prag.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 103^{ab}, eigenh. Orig. mit Vermerk Aleanders: Venetiis 28 aprilis 1534.

R^{mo} domine, amplissime pater et patrone. serius respondeo ad R^{mae} D. T. litteras, quas in hyeme accepi non per Theodericum, cui R^{ma} D. T. tradiderat, sed ex Lipsia per mercatorem quendam, cui Nurenbergae traditae fuerant, ut audio. causa vero tardae responsionis est, quod sub praelo habui libros, quos ad R^{mam} D. T. destinare intendebam. sed dum exeunduntur libri, venit fama R^{mam} D. T. Venetiis abiisse. unde factum est ut necessario distulerim negocium totum usque ad colloquium Rev. domini nuncii apostolici, domini Petri Pauli Vergerii, quem hic compellavi, huc veniens cum illustrissimo principe et patrono meo duce Saxoniae Georgio. qui et humanissime colloquium atque etiam lautum convivium mihi exhibuit¹. rogavi itaque eum ut has ad R^{mam} D. T. litteras mittere dignetur, ex quibus intelligas quid rei sit.

Anno superiore edidi breve quoddam psalterium domini Bru-

1) Über das Eintreffen Herzog Georgs am Königshofe zu Prag berichtete Vergerio in einer Depesche vom 13. April (Nuntiaturberichte I, Nr. 78, S. 212); der Anwesenheit des Cochlaeus gedenkt er nicht.

nonis, Herbipolensis quondam episcopi, cujus impensae constituerunt me debitorem uni viro in 200 florenis Rhenensibus ¹.

In theuthonicis secundum varietatem causae et temporis varia interim edidi. nuper vero, cum Lutherus blasphemissime contra missam edidisset librum, ego statim occurrere volens edidi sex libros Innocentii papae III ², quos de sacro altaris mysterio scripsit. tres item parvos, quos de miseria conditionis humanae composuit, et duos Isidori libros de officiis ecclesiasticis adjeci. sed et Joannis Haneri Nurenbergensis, quem R^{ma} D. T. Ratisbonae vidit, librum 600 axiomata continentem, meis cuncta edidi impensis mutuato aliunde pecunia.

Audiat R^{ma} D. T. et aliud gravamen. Philippus Melanchthon nactus quendam ex Scotia apostatam, sub ejus nomine odiosam in episcopos et monachos Scotiae epistolam edidit ad regem Scotiae, miris fucis accusans illos, quod edicto quodam prohibuerint ne novum testamentum transferatur in linguam vernaculam. ego existimans fore ut Scotus ille apostata novum testamentum Lutheri in vulgare suum transferat et occulte in Scotiam mittat per mercatores lutheranos, respondi contra eam epistolam in defensionem episcoporum. libellum Augustae excudi curavi, et nuper duos misi nuncios in Scotiam cum diversis libellis ad praemonendum regem et episcopos ab occultis apostatari machinationibus. qui si perierint in periculosa protectione illa, non solum gravi me damno rerum mulctabunt, sed et animum meum perpetuo moerore cruciabunt.

Dum verò Anglos et Scotos praemonere satago, Philippus interim per quosdam nobiles Polonos, qui bonarum litterarum gratia ad eum sese contulerunt, in Poloniam quoque Lutherismum propagare satagit. intendo igitur illi jam palam occurrere tum per Philippicas, tum per alios quosdam libellos hac aestate edendos; et si nullum prorsus supervenerit aliunde auxilium, tum ego egregie poenas dabo et Luthero et Philippo meis editionibus, quae me in nervum cogent debitis obrutum. caeterum jussa R^{mae} D. T. sequutus aliquot exemplaria Lipsiae in vas quoddam inclusi, ut ad R^{mam} D. T. Venetias mittam; quod si prospere cesserit, mittam deinceps forsitan et plura et utiliora. et quamquam de R^{mo} domino Veronensi nihil audivi interim, dum e Ratisbona a R^{ma} D. T. discessi, tuo tamen fretus consilio scripsi et edidi epistolam ad eum, quam similiter mitto, ut R^{ma} D. T. paret mihi viam ad gratiam apud illum.

Caeterum libri quos edere velim, si possem, sunt quaedam

1) Vgl. oben Nr. 26. 27.

2) Vgl. die Acta et scripta Lutheri, p. 281^v, wonach die Schrift dem König Ferdinand gewidmet wurde.

antiquitates super ceremoniis et conversione Germanorum ad fidem, et alia pleraque hoc tempore lectu non inutilia.

De beneficio, quod scribis per R^{mam} D. T. Bononie mihi impetratum, ne nomen quidem scio, tantum abest ut re aliquid inde consecutus sim.

Pro Hanero diligenter scripsi nuper R^{mo} domino cardinali Moguntino, ut Moguntiam illum vocet. Wicelius egregie contra Lutheranos, quos deseruit, pugnat tum latinis tum teuthonicis opusculis. degit Islebii sub protectione comitis de Mansfelt Hogeri, qui catholicus est. sunt et alii, qui a Luthero defecerunt et in eum scribunt, sed non habent unde edant. obsecro igitur R^{mam} D. T. ut rescribas mihi consilium tuum, ut sciam quid spei sit de Romano pontifice et de episcopo Veronensi. habent Venetiis Welseri bancum, ex quo facillime possunt mitti litterae Lipsiam ad Hieronymum Waltherum, eorum factorem, ut vocant, amicum meum summum; aut si libeat mittere Nurenbergam, est ibi doctor Antonius Schedel medicus, fidelis amicus meus; tamen facilius mittere posset ad me Waltherus quam Schedel.

In Erasum odiosam edidit epistolam Lutherus, quam mittere non possum, quia unicum mihi erat exemplar, quod nuper tradidi Julio Pflug, qui non reddidit. bene valeat R^{ma} D. T. et haec boni consulat clementer [atque] gratiose.

Ex Praga Bohemie, quo cum principe meo veni, brevi Dresdam rediturus Deo volente, die 12 Aprilis 1534. —

Mitto hic pauculos terniones, qui litterarum fascem non magnopere gravant. boni precor consule.

33. Cochlaeus an Aleander: der voraufgehende Brief. Sendung seiner Schriften nach Venedig. Abfertigung von Boten nach Schottland, England und Polen. Witzel; Haner. Haltung Herzog Georgs zu Haner. Andere Konvertiten. Gefahren vonseiten Englands. Deutsche Streitschriften des Cochlaeus. Vertrauen auf den Papst und Giberti. Pflug; Erasmus inmitten der Parteien. 1534 April 23 Dresden.

Aus Cod. Vatic. 6199. fol. 104^{ab}, eigenh. Orig., mit Vermerk Aleanders: Venetiis 13 augusti. — Laut der Aufschrift des Cochlaeus sollte der Brief, falls Aleander nicht mehr in Venedig wäre, nach Verona an Bischof Giberti gesandt werden.

Dum ante octo dies Pragmae nuper essem, invitavit me summa nuncii apostolici domini P. Pauli Vergerii humanitas ad scribendum R^{mo} D. T., quod et feci. nunc iterum scribo. vasculum libris plenum ordinavi Lipsiae, ut Venetias ad R^{mam} D. T. mittatur, vecturam persolvat forerius meus nomine meo usque ad Nurenbergam. inde per Hanerum nostrum et alios amicos destina-

bitur ulterius ad R^{mam} D. T. maxime profecto erubescerem ad te tantum et dignitate et eruditione virum aut scribere aut libros mittere, nisi notior esset mihi clementia et humanitas tua, quam ut fastidiat quicquid bona voluntate offertur. excusabit me auctoritas tua, qua jussisti ut mitterem. eorum ergo quae mitto brevem adjungo indicem¹, ne opus sit perdere bonas horas in excursionem vasis circa singulos libellos. boni precor consule. si prospere cesserit haec missio, alacrior ero deinceps ad caetera. magnis certe nunc premor et curis et laboribus, atque etiam impensarum et sumptuum oneribus. duos enim emisi nuncios versus Angliam et Scotiam, pro quorum salute vehementer sollicitus existo. in Poloniam quoque missurus sum hac estate, si vixero, non absque causa. sunt enim Wittembergae scholares aliquot Poloni propter Philippum Melanchthonem, quem et episcopus quidam Poloniae sollicitat ut ad se profisciscatur. intendo igitur in Philippum quaedam edere, maxime propter Polonos. ea ubi edita fuerint, ad R^{mam} D. T. mittentur; modo intelligam quo mittere debeam.

De Georgio Vincelio non opus est multa scribere. ex ipsius opusculis hominem propius inspicias et cognosces. agit Islebii sub protectione comitis a Mansfelt Hogeri, et ad R^{mam} D. T. non vadit. aliquid subest causae quam subesse nolim. causatur crebras infirmitates. et cominus hostem ferire crebrius poterit quam eminus. dimittendus est itaque abundare in sensu suo, dum res ita habent. in teuthonicis multa hoc anno edidit, quae Lutheranos male habent. utinam et Hanero nostro esset honesta (uti maxime desyderat) conditio Maguntiae, ubi suos possit in lucem edere labores. diligenter certe pro eo scripsi R^{mo} domino cardinali Moguntino, atque etiam sumptibus meis librum ejus edidi, ea spe, ut facilius inde bonum acquirat patronum. laetamur ubique spe, et illustris princeps et dominus meus, a me sepe interpellatus, nihil gratiae in illum confert; est enim natura rigidior in eos, quicumque a Lutheri parte unquam steterunt, ut non plene illis confidat. habet tamen in Anglia patronum dominum Leum² archiepiscopum Eboracensem, qui bonam ei spem per litteras prebet atque etiam honorario nuper adjuvit. ego praeter verba et bonam voluntatem nihil pro eo possum, hoc praesertim tempore tot praegravatus impensis.

Sunt et alii nonnulli, et ingenio et stylo valentes, qui a Lutherismo deficientes ad ecclesiam redierunt; sed, quod saepe et dixi et scripsi, onera impensarum ferre non possunt. ego sic fero ut debitis interim involvar, sub bona semper spe de aliquo

1) Dieses Verzeichnis findet sich leider nicht mehr vor.

2) Eduard Lee.

subsidio, quod certe ex Anglia omnino futurum esset, ni fallor, si res ibi satis pacatae essent. at nova nupta¹ turbat omnia, adeo ut velim incolumes recipere nuncios meos mihi consanguineos, etiamsi omnino nihil reportarent, perditis et libris et sumptibus simul cum laboribus atque curis, tot tantisque ejus rei gratia in me ultro susceptis. in teuthonicis quoque aliquot edidi libellos nuper: pro missa et chrismate; item pro sacramento matrimonii contra Lutherum et Brentium; item contra Anabaptistas Monasteriensis; item pro votis monasticis etc.; contra novas Lutheri calumnias diversas. certe si non obruimus hostem, renititur tamen, ne proficiat in pejus, id quod solus Deus prohibere potest: nos facimus quantum in nobis est.

De gratia et clementia San^{mi} domini nostri papae et R^{mi} domini Veronensis nihil equidem dubito, nec vana foret, ut credo, spes auxilii, si mitiora essent tempora. ceterum de sacerdotio quod R^{ma} D. T. Bononiae pro me impetravit, nihil prorsus audivi aut accepi, neque a domino Theoderico de Rheden (quem non vidi) neque ab ullo mortalium.

Litterae R^{mae} D. T.² datae fuerunt Venetiis 29 Augusti, quas ego recepi hic 21 novembris. quod autem tardius respondi, fama decepit me, quae ferebat R^{mam} D. T. non amplius Venetiis esse.

Dominus Julius Pflug reverenter commendari cupit R^{mae} D. T. Erasmus Roterodamus male vexatur nunc undique. ex parte nostra plerique clamitant contra libellum de concordia, quem tamen nobis tolerabiliorem puto quam haereticis. certe nollem eum virum injuriis a parte nostra in transversum agi. malignissime cavillatur in eum Lutherus: in quo enim illum judicat, seipsum condemnat. bene valeat R^{ma} D. T. et scribat mihi obsecro quamprimum quidnam receperit — — —

Ex Dresda 23 Aprilis 1534.

34. Cochlaeus an Vergerio: ist in der Angelegenheit eines von dem Nuntius zugunsten Herzog Georgs verliehenen Dispenses thätig gewesen. Schickt 21 Artikel der westfälischen Widertäufer; wird seine Gegenschrift, sobald sie in lateinischer Fassung erscheint, einsenden. Beabsichtigt verschiedene gegen Luther und Melanchthon gerichtete Abhandlungen herauszugeben, welche besonders die in Wittenberg studierenden Polen betreffen; hofft dafür auf Unterstützung, sei es von Italien aus oder aus dem böhmischen Testament. 1534 April 27 Dresden.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX. nr. 66 fol. 93, eigenh. Orig.

1) Anna Boleyn.

2) Oben Nr. 28.

35. Cochlaeus an Aleander: der Büchertransport nach Venedig. Ursache seiner Vielschreiberei. Kardinal Cajetan und die Wittenberger. Haner und Witzel. Haltung der Bischöfe gegen die katholischen Litteraten. Die Widertäufer in Münster. Der Kriegszug Landgraf Philipps von Hessen zur Wiedereinsetzung Herzog Ulrichs von Württemberg. Äußerer Friede im Sächsischen. 1534 Mai 6 Dresden.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 105, eigenh. Orig.; mit Vermerk Aleanders: Venetiis 13 augusti.

— — — Vecturam [vasculi libris pleni] ad Nurenbergam usque persolvi Lipsiae; ea vero quae inde Venetias usque pertinget, a me persolvi non potuit, quia nesciebam quantum dare oporteat. spero R^{mam} D. T. in eo precioso non gravatum iri. quod si vas illud perdat, male profecto habebit me damnum illud, maxime quia meam operam et intentionem inde cognoscere non possis. multa enim et varia transmisi. nunc quatuor parvulos mitto libellos, immo epistolas, quae fascem non reddunt adeo magnum. — — — non tam multa ederem, nisi putarem summe necessarium propter externas nationes, quibus Wittembergae per apostatas, maxime Melanchthonis technis, parantur decipulae et impietatum laquei.

De R^{mo} domino cardinali Caietano nescio quid scribam. edita jam est Wittembergae epistola censoria facultatis theologiae Parisiensis cum articulis ejus erroneis, et addita in fine epistola bene longa Philippi (ut suspicor) Melanchthonis injuriosa in theologos, quam similiter mitto. videtur enim mihi plurimum referre ut R^{ma} D. V. sciat.

Hanus et Wicelius, foeliciter ad nos reversi, strenue oppugnant haereticos; sed nemo consyderat, nisi quod Wicelius comitem saecularem reperit patronum, qui plus facit quam decem episcopi et opulenti facerent praepositi et decani erga homines literatos. quamquam ego de nostris episcopis et praelatis non queror. duos habet in terris suis princeps et dominus meus episcopos, qui hac hyeme juvare me sollicitate sategerunt suis cum capitulis, sine quorum subsidio tantas impensas minime perferre potuissem.

Insurrexerunt Anabaptistae Monasterii in Westphalia, de quibus ingens est rumor. nam clero et senatu cunctisque tum Papistis tum Lutheranis expulsis ac vi ejectis, urbem loco et arte munitam possident soli. circumferuntur 21 articuli eorum, quos teuthonice confutavi, sed ita ut fontes errorum ex Luthero deduxerim. et nunc imprimuntur latine quoque; nam transtuli propter Polonos, quorum aliqui student Wittembergae. at nunc

recentior fama de exercitu lantgravii Hassiae rumorem illum obscurare videtur. jamdudum enim in campum progressus est. ferunt eum habere equites 3500, pedites 20000, pecuniam ingentem a rege Franciae. res haec domino meo plurimum displicet, nam gener ejus est ille et filii uxor illius est soror¹. elector Saxoniae, cum illo confoederatus propter Lutherismum, nulla mittit ei nunc auxilia, quia contra Caesarem et regem Ferdinandum parat restituere in ducatum Wirtembergensem exulem illum ducem, qui a liga Svevica ante 15 annos expulsus fuit propter sua demerita. ferunt autem Caesarem misisse peditatum ad repellendum illum, regemque mittere praesidia ex comitatu Tyrolensi. magnus hic terror et metus est de maximo inde bello, quia veremur ne lantgravio adhaereant Lutherani ac Zuingliani simul cum Anabaptistis, quorum in occulto ingens est numerus. in his autem terris, quantum ad arma spectat, bona pax est. ceterum a Luthero et sociis ejus nulla nobis pax relinquitur. bene vale, presul doctissime ac eloquentissime, et meam parvitatem commenda tum sanctissimo domino nostro papae tum reverendissimo domino Veronensi.

Ex Dresda sexto maii 1534.

36. Cochlaeus an Vergerio: Dank für eine seinem Neffen eröffnete Expektanz. Die berühmten Vorfahren des Vergerio; Anerbieten der Herausgabe einer Abhandlung des Vaters des letzteren. Das böhmische Testament und Magister Hasenberg. Druckkosten; neue Abhandlungen. Briefe des Cochlaeus und Mensings an Fabri. Bemühungen der Lutheraner, das Ausland zu gewinnen. Abfassung einer Geschichte der Hussiten durch Cochlaeus. 1534 Mai 29 — Juni 2 Dresden.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX nr. 66 fol. 94—96,
eigenh. Orig.

R^{me} domine patrone colendissime — — —².

De literis expectativis, quas R^{ma} D. T. gratiosissime concessit nepoti meo, ingentes supplici devotione gratias ago et habeo. nondum habeo processum fulminatam et is est nunc rerum status circa Rhenum, ut nihil sit ibi secure attendendum. scripsit mihi nepos meus nuper, nondum admissas ibi esse preces regales. quod si verum est, vereor multo minus admissum iri privatam expectativam. expecto Rev. domini administratoris adventum, ut ejus autoritate fulminetur processus. in signum vero grati animi,

1) Elisabeth, Herzogin von Rochlitz.

2) Der Anfang des Briefes betrifft die in Nr. 34 erwähnte Dispenssache, ohne dafs man erfährt, um was es sich eigentlich gehandelt hat.

qui ultra verba nihil possit, mitto in munusculum R^{mae} quidem D. T. imaginem d. Pauli, a quo alterum nomen tibi in longa patrum serie mutuatum esse video. nam in chronicis reperio Petrum Paulum Vergerium clarissimi nominis ante annos plus minus centum, quod magna sane animi jucunditate legi¹. scripsit et alius quidam amicus, in clytae memoriae patrem tuum, virum doctissimum, aliquot eruditionis suae monumenta praeclara apud posteros reliquisse, e quibus praedicat libellum de educatione puerorum. quem certe, si haberem, ob nominis tui amorem et reverentiam Germanicae juventuti per typographiam communicurus essem, idque sub tui nominis auspicio. mitto item florenum unum argenteum domino Bonaventurae famulo tuo pro labore, quem in expectativa scribenda pertulit. tenuitas mea non sinit ut mittam quantum velim et quantum deceret.

Ex testamento nihil adhuc prorsus accepimus Hasenbergius et ego. misere cruciatur longa expectatione Hasenbergius, cui imminet tempus accipiendi gradum in jure, et me urgent typographiae impensae, ut de antea contractis per hyemem debitis taceam. mitto R^{mae} D. T. tres libellos latine interim editos (teuthonicos enim ad R. T. D. mittere non ausim.), in quibus nuper acerrime ad respondendum provocavi Justum Jonam, qui tertius habetur apud Wittenbergenses inter quatuor novos evangelistas — — —. si libelli isti non omnino displicuerint R^{mae} D. T., poterit eos in Italiam transmittere ad indicandum S^{mo} D. N. diligentiam meam; sed bene spero quatuor Philippicas et quaedam alia magis probatum iri a R^{ma} D. T. — — —

Ex Dresda 29 maii 1534.

Adjungo literas ad Rev. d. episcopum Vienneensem tum meas tum d. Joannis Mensingi, cui nuper in subsidium transmisi pro editione teuthonicae in Philippum antapologiae suae 15 florenos ex inopia mea, et vere ex inopia, quia aliunde in mutuum accipere coactus fui, dum libelli mei omnem mihi pecuniam prae-ripuissent, quam prius in mutuum acceperam et non totam in meos expendendam putaram. certe si S^{mus} D. N. sciret, quantum

1) Auf besonderem Blatt findet sich von Cochlaeus Hand folgendes geschrieben: Ex chronic. Nurenbergen. Petrus Paulus Vergerius Justinopolitanus patria philosophus et orator ac jurisconsultus necnon et lingua graeca latinaque vir eruditissimus, Chrysolorae Byzantini philosophi auditor et Carrariensium principum olim familiarissimus, per hoc tempus [Randvermerk: tempus inquam Florentini concilii sub Eugenio IV] praedictis virtutibus celebratus magno fuit in precio. qui cum eloquentissimus haberetur, inter caetera historiam satis elegantem de gestis Carrariensium dominorum edidit et de ingenuis moribus libellum et in divi Hieronymi laudem cultissimas orationes composuit et alia multa.

necessitatis et angustiae ultra labores patiar in expensis tum liberorum tum nunciorum, non dubito de ejus clementia et pietate, quin procuraret vel aliquid pensionis vel temporalis subsidii pro impensis.

R^{mae} domine, studiosorum patrone benignissime.

S. ante triduum misi R^{mae} D. T. tres libellos nostros, quos Poloniae quibusdam episcopis inscripsi, sed inter festinandum oblitus fui libri Lutheri, qui ex teuthonico in latinum versus est propter alias nationes inficiendas. hinc ergo clarius intelliget R^{ma} D. T., quam necessarium sit latine nunc scribere propter exterarum nationes, quibus variae parantur insidiae a Lutheranis — —

Nunc certe Hussiticam historiam coepi scribere¹, quam Deo dante ita deducam ut hactenus a nullo (quod sciam) tam certis probationibus enarrata fuerit.

Ex Dresda 2 junii 1534. heri sub vesperam navigio advenit R^{mus} et Ill^{mus} dominus Pataviensis².

37. Cochlaeus an Vergerio: Brief erhalten. Eck und die Angriffe Luthers wider Cochlaeus. Alexander Alesius. Scheitern der Sendung des Cochlaeus nach England; Hoffnung in Schottland etwas auszurichten. Hilfsbedürftigkeit. Die Geschichte der Hussiten. Der junge König von Polen. 1534 Juli 27 Dresden.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX. nr. 66 fol. 97,
eigenh. Orig.

S. literas R^{mae} D. T. nuper accepi per quendam nuncium nostratam, ex quibus intelligo et clementem in me animum tuum et justum adversus negotiores indignationem. de tua in me clementia et bonitate eo minus diffido, quo ex historiis magis comperio antiquum generosae familiae tuae erga literas et literarum studiosos beneficium institutum, adeo ut etiam atavum aut tritavum tuum sub eodem nomine tuo in literis magna cum voluptate invenerim.

Negocium de facta dispensatione probe expediet hoc die Rev. et inclytus dominus administrator, R^{mae} D. T. hospes³. ad d. Eckium honorifice (ut debeo) R^{mae} D. T. mentionem faciam, quem et alia de re interrogare debeo, quia Lutherus nunc teu-

1) Über den Anstofs zur Abfassung dieser Schrift s. u. Nr. 38.

2) Ernst, Herzog von Bayern.

3) S. in Nr. 31 die Adresse.

thonice valde contumeliosum in me librum edidit¹, in quo et d. Eckium contra me in testem producit, sed mendaciter, uti credo. qualem autem replicam in me scripserit sub Alesii Scoti nomine Philippus Melanchthon², ex ejus libello (quem mitto) probe intelliget R^{ma} D. T. adversus Lutherum in teuthonico jam respondi; utinam R^{ma} D. T. posset legere nostra, ut sciret quanta cum alacritate illi obsistam etiam in altissimis articulis fidei nostrae. excerpit nebulo ex duobus libris meis teuthonicis bene longis quinque locos brevissimos, ubi vult ostendere me etiam a fide et a Papistis (ut Romanae ecclesiae fideles vocat) deficere. Scoto respondere differo, quia expecto alterum nunciorum meorum ex illo regno; unus enim eorum ex Anglia ad me rediit, sed omnino vacuis manibus, inaniter factis tot sumptibus et vecturae impensis et jacturis in aere, in libris, in vestibus etc., quia ab amicis praemoniti nullas omnino literas praesentare ausi fuerunt in tota Anglia. quamquam nihil omnino esset in literis meis omnibus contra novum regis matrimonium.

Alter nunciorum ibi mansit, Londini scilicet, quia reperit ibi episcopum Aberdonensem³ ex Scotia, qui pacis gratia a rege Scotiae ad regem Angliae missus fuerat. cum quo in Scotiam abire intendit. affuit item alius quidam regis Scotiae ambasiator cum illo, qui ubi vidit priorem Alesii epistolam, dixit non dimidium esse verum, imo cuncta pene mentita esse. spero itaque alterum nunciorum laetius ex Scotia reversurum, quam alter eorum ex Anglia reversus est.

Misi item vas plenum libris ad R^{mos} dominos archiepiscopum Brundusinum et episcopum Veronensem, de quo sane vase nihil interim accepi. rogo igitur et supplico humillime ut R^{ma} D. T. absque omni damno suo promoveat me et adjuvet portare onus istud expensarum, non ex suo, sed ex ampliori reddito magnatorum, quales maxime sunt summus pontifex et R^{mus} d. Veronensis. quid enim eis obesse queant sumptus 200 ducatorum pro necessitate publica in historiam antiquorum et novorum Hussitarum, a me magno sumptu et labore propediem edendam non sine multo (uti spero) in ecclesia pro honore et defensione sedis apostolicae fructu? vere non de sola Germania periculum agitur. Wittenberga undique advenientes nutrit apostatas, per quos totum mundum corrumperet, nisi melius quam haecenus provisum fuerit. de Scotis videre potest R^{ma} D. T., quam vafre ludat sub persona

1) Die Schrift war benannt: die kleine Antwort auf Herz. Georgen nächstes Buch (Köstlin II, S. 313f.).

2) Über den Schotten Alexander Alesius und seine mit Melanchthons Hilfe herausgegebene Schrift gegen die schottischen Bischöfe. s. Köstlin II, S. 288. 373f.

3) William Stewart.

Alesii Philippus Melanchthon. itidem agit de Polonis non quidem per talia scripta, sed multo nocentius per scholares suos nobiles et barones e regno Poloniae. et jam non semel audivi juniorem regem, hoc est filium regis Poloniae, lutherico fermento infectum esse¹. ego fideliter praemoneo ut catellus domesticus: si vos domini et custodes ovilis Christi latratus meos fideles contempseritis, Deus inter nos judex erit. bene valeat R^{ma} D. T., vir clarissime et mihi perpetuo reverenter et amanter memorande.

Ex Dresda 27 julii 1534.

38. Cochlaeus an Aleander: neue Editionen. Ausbleiben von Nachrichten über den nach Schottland gesandten Boten. Die tödliche Erkrankung Papst Clemens' VII. Witzel; Haner. Anlaß zur Abfassung der Geschichte der Hussiten; gleichzeitige Beschäftigung mit der Geschichte des neuen lutherischen Evangeliums. Bitte um Unterstützung. Württemberg lutherisch; Melanchthon berufen. Der Papst und Wittenberg. Große Verluste des Katholizismus in der neuesten Zeit. 1534 September 8 Dresden.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 106, eigenh. Orig., mit Vermerk
Aleanders: Venetiis 23 octobris.

R^{me} in Christo pater, amplissime et colendissime patrone ac domine — — — interea, dum bona spe a R^{ma} D. T. responsum bonum [über die glückliche Ankunft der Schriftensendung] expecto, duodecim alios libellos hac aestate edidi, octo latinos, quatuor teuthonicos, hos quidem propter Germanos, illos vero propter alias nationes, maxime propter Polonos et Scotos, quibus e Wittenberga parantur haereticorum insidiae. Scotis quidem per transfugam quendam Scotum, qui se dicit canonicum metropolitanae ecclesiae sancti Andreae in Scotia; Polonis vero per aliquot scholares nobiles, qui Philippum Melanchthonem audiunt. nisi praeterea duos nuncios in Angliam et Scotiam cum multis literis et libris et sumptibus, quorum alter ex Anglia rediit inanissime, qui nullas omnino literas aut libellos illis, ad quos dederam, reddere ausus fuit, eo quod praecipui ex iis, episcopus Roffensis et Thomas Morus, tenerentur a rege captivi. alter in Scotiam ex Anglia profectus cum familia episcopi Aberdonensis, qui tum a rege Scotarum legatus in Angliam missus fuerat, navigio in Scotiam abiit. quo autem pervenerit, scire non possum. intra

1) Schon unter dem 3. August 1534 berichtete Vergerio über die verdächtige Haltung des jungen Königs nach Rom (Nuntiaturberichte, Bd. I, nr. 108, S. 291).

quatuor enim menses nihil ad me scripsit juvenis sane egregius et studiosus, de cujus vita vehementer sollicitus existo. quanti constet mihi ea transmissio, nolim scire inimicos meos. quanti praeterea constet editio duodecim libellorum in millenis exemplaribus, R^{ma} D. T. per sese facile aestimabit et conjiciet. omnia enim per meos sumptus et impensas absolvi oportuit. mitterem ad R^{mam} D. T. alterum jam vasculum recentium libellorum, si scirem rem R^{mae} D. T. non ingratham fore, aut saltem si certo constaret mihi, R^{mam} D. T. adhuc Venetiis agere. nam et ex Praga et ex Moguntia literas nuper accepi, quae dirum afferunt nuncium de San^{mi} domini nostri Clementis papae VII morte, aut saltem extremo ac desperato vitae periculo¹. quod si verum est, arbitror R^{mam} D. T. Romam properasse. utcumque res habet², si R^{ma} D. T. dignabitur mihi respondere, habet geminum bancum Fuggerorum et Welsrerorum, e quibus facillime Lipsiam ad Hieronymum Waltherum literae transmitti poterunt.

Georgius Wicelius adhuc scribit et belligeratur strenue contra Wittenbergenses, sed maxima ex parte teuthonica, non absque fructu, sed in magna et tribulatione et penuria constitutus. quem jampridem subsidio aliquo sublevassem, si spe mea non essem undique frustratus. liber Joannis Haneri, cui titulus est propheta vetus et nova³, constat mihi supra 35 florenos, et Joanni Mensingo 15 florenos dedi pro editione teuthonica in apologiam Philippi Melancthonis: adeo rarum est bonis viris pro imprimendis libris subsidium.

Ego cum in feriis paschalibus essem Pragae cum Ill^{mo} principe et domino meo duce Georgio, recepi a canonicis Pragensibus commodato tres codices vetustos, qui mihi dederunt ansam scribendi historiam Hussitarum, in quam rem et ab episcopo Misnensi et a quibusdam aliis plures libros scriptos accepi commodato. unde factum est, ut hac aestate haud levi cum labore scripserim eam historiam, observata diligenter temporum serie, a Carolo IV usque ad regem Ladislaum toxico extinctum. et Ratisponae ostendi R^{mae} D. T. quaedam scripta de rebus gestis per evangelium, immo cacangelium Lutheri⁴. intendo igitur in unum volumen redigere et veterum et novorum Hussitarum historiam, quod certe opus

1) Vgl. Nuntiaturlberichte I, Nr. 112 ff.

2) Folgt ausgestrichen: ego has literas per dominum Antonium Fuggerum ad R^{mam} D. T. transmitto, cui eas per proprium nuncium hinc mitto. spero enim certius per eum quam per alium transmitti posse.

3) S. o. Nr. 30.

4) Es ist die Historia de actis et scriptis M. Lutheri gemeint, deren ersten bis 1534 reichenden Teil Cochlaeus bereits in eben diesem Jahre zum Abschluss brachte, wie er selbst am Ende von 1534 bemerkt.

erit non adeo parvum, in quo certissimis documentis explicabitur utrorumque Hussitarum, Bohemicorum et Teuthonicorum, malicia et pernicioza machinatio. quam sane rerum noticiam spero hoc tempore multum fore utilem, praesertim apud externas nationes, quas Philippus Melanchthon omni studio inficere et in partem suam trahere conatur. at sine externo subsidio id minime potero efficere. R^{ma} D. T. cogitabit spero hac de re diligentius. ego laborem praesto. sumptus hoc anno ita praestiti, ut multis privatim innexus sim debitis propter varias editiones, nec possim ultra, nisi aliunde adjutus. ex opusculis quae nunc edidi, nullum aequat psalterium; parva sunt, nisi quod quatuor Philippicae Innocentii sex libros de missa aequare videntur. habemus quidem nunc pacem in Germania, sed scandalosam. dux enim Wirtenbergensis totum ducatum suum per arma recuperatum in Lutherismum ab ecclesia avertere dicitur per lutheranos concionatores. quin etiam Philippum Melanchthonem vocasse dicitur, ut academiam Tubingensem reformet, hoc est Wittenbergensi reddat similem. miror equidem tam diu differri a sede apostolica necessarios processus et censuras contra academiam Wittenbergensem, ex qua in totum orbem tot annis tam late diffunduntur venena pessima. si dormit Petrus, certe non dormit Judas, cujus sermo ut cancer serpit et ex sanis corporis ecclesiae partibus unam post alteram inficit ac paulatim serpit in immensum. acquisivit enim hoc anno duos principatus, Wirtenbergensem et Anhaltinum in manifesto; quantum in occulto fecerit in regnis et provinciis externis, scribere non possum. vereor tamen longe plus esse quam quod in manifesto factum esse queror et doleo — — nihil libellorum his literis includere ausim; metuo enim ne forte Fuggerus graviter ferret.

Ex Dresda Misniae 6 idus septembris anno domini 1534. dominum Dominicum, secretarium R^{mae} D. T. virum optimum et doctissimum, amanter saluto.

39. Cochlaeus an [den Bischof von Wien Johann Fabri] ¹: Empfehlung Nauseas. Arbeit an der Hussitengeschichte. Die Kompaktaten als Mittel zur Rückführung der Böhmen und eines großen Teils der Lutheraner. Vermittelung K. Ferdinands, dem sowie den Böhmen Cochlaeus sein Werk vor der Herausgabe vorzulegen wünscht. Schickt neue pole-

1) Der Brief ist ohne Adresse. Obschon er unter den Papieren des Vergerio sich findet, kann dieser nicht Empfänger sein, weil er in dritter Person erwähnt wird. Dafs anderseits Fabri Adressat ist, ergibt sich aus der Anspielung auf die bischöfliche Würde des Empfängers und besonders deutlich aus der Erwähnung des Paulus Riccius, Gegners Fabris, am Schluss.

mische Schriften, verzeichnet die übrigen. Scheitern seiner englischen, Erfolge der schottischen Mission. Die schottischen Bischöfe und Erasmus. Petrus Dorpius. Magister Hasenberg. Angebliche Beraubung der Klöster durch Fabri. Paulus Riccius. Tod Clemens' VII. Der Bischof von Meissen. 1534 Oktober 28 Dresden.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX nr. 66 fol. 100—101, eigenh. Original.

R^{me} domine patrone colendissime.

S. nullas a R^{ma} D. T. literas e Vienna (quantum scio) hoc anno accepi. spero jam vobiscum esse eruditissimum ac facundissimum d. Fridericum Nauseam, quem R^{mae} D. T. suppliciter summa cum diligentia et devotione commendo, tanquam eum virum qui cum tempore (posteaquam aulae assuetus fuerit) Regiae Majestati ad multa utilis esse poterit. ego inutilis existo, ideo angulos potius quam aulas amo. ceterum ne frustra Pragae fuerim, totam aetatem (quantum per alias occupationes licuit) in rebus Bohemicis detrivi: scripsi libros 12 de historia Hussitarum, in qua non solum res gestas bellorum, verum etiam tractatus conciliorum Basiliensis et Constantiensis eorumque legatorum complexus sum, multas praeterea epistolas Romanorum tum pontificum tum imperatorum et regum, quae ad rerum cognitionem facere visae sunt. quanto mihi constiterit res ista labore, non facile dixerim; novit R^{ma} D. T. oculorum meorum hebetudinem et imbecillitatem. at historia ista mihi ex quam plurimis libris, in quibus sparsim et absque ordine quaedam ponebantur quae ad rem deservire videbantur, colligenda fuit, et ii libri minute, barbare mirisque abbreviationibus plerumque scripti erant, ut difficillimum fuerit mihi omnia in certum ordinem redigere et seriem temporum de anno in annum servare. coepi a Carolo IV et de anno in annum processi usque ad mortem Georgii seu Gyrzikonis regis, hoc est ab anno 1400 usque ad annum 1471. scripsit quidem egregie de gestis Bohemorum Aeneas Sylvius, papa Pius II, qui vicinus erat Hussitarum temporibus¹; at is neque seriem annorum observavit neque tractatus et epistolas publicas, quae narrationi et fidem et lucem superaddunt, interseruit. multo minus fecit Albertus Krantz². chronographi teuthonici quaedam ex his attigerunt, italici pene nihil. ego non minus ad haereticorum insidiosas doctrinas et machinationes, quam ad bellatorum

1) Historia Bohemica seu de Bohemorum origine ac gestis historia, bis 1458, zuerst gedruckt 1475.

2) Hystoria von den alten Hussen zu Behemen in Kaiser Sigmunds Zeiten, gedruckt 1523.

res gestas animum applicui. Compactata, de quibus magnopere gloriantur Bohemi, ita tractavi ut sperem, si eis per sedem apostolicam admitterentur, sicut admissa fuerunt tum Pragae tum Iglaviae a legatis concilii Basiliensis, non modo Hussitas in Bohemia, sed et Lutheranorum magnam partem in Germania ad pacem et unitatem ecclesiae reduci posse. unum aut alterum est reliquum, quod a Bohemis tollere difficillimum fore timeo, quae tamen omnino tolli necessarium foret, si Catholici dici debeant. publica enim et longaeva consuetudine venerantur memoriam et festum agunt diem Johannis Hus, forsitan et Hieronymi Pragensis et trium illorum martyrum, quos ipse Hus canonizabat adhuc vivus. quod sane nunquam admittet ecclesia. communicant item eucharistia puerulos, quod ipsa quoque Compactata eorum excludunt. quod si circa haec duo velint a sensu suo cedere Hussitae, arbitrator profecto circa alia minus difficultatis fore, si approbarentur eis Compactata. quid autem possit Regia Majestas vel utilius regno Bohemiae vel gloriosius nomini suo vel salubrius innumeris animabus efficere, quam sublato schismate Bohemis a sede apostolica impetrare et archiepiscopum et ecclesiae unitatem? quod si redirent Bohemi ex integro salvis Compactatis suis, non parva foret spes, e Germanis quoque multos recogitaturos esse unde ceciderint acturosque penitentiam. quorsum igitur prolixa haec insinuatio? huc certe ut, si videatur R^{mae} D^{mi} T. consultum aut oportunum, Regiam Majestatem hac de re certiore reddas, quae pro summa sua longe ultra aetatem sapientia et prudentia conicere poterit an expediat ejusmodi historiam in lucem emitti. mihi sane operae precium fore videtur ut, priusquam edatur, cum ipsis Bohemis ea de re amica fieret collatio, quae cum fructu fieri queat, si Regiae Majestatis autoritate institueretur. cum vero sit, mihi unicum exemplar, nollem illud ad Bohemos importare, nisi sub publica fide et salvo conductu. paratus vero essem omnia emendare aut mutare in melius, quaecunque adhibitis a Regia Majestate censoribus emendanda aut mutanda viderentur. quod si Regia Majestas ad proximum pascha iterum reditura sit Pragam, ut plerique dicunt, non foret difficile me hinc illuc evocari cum exemplari, ut Pragae ab eruditis examinaretur et corrigeretur in omnibus offendiculis, priusquam ederetur. cogita quaeso super hac re et, si videbitur Regiae Majestati aut R^{mo} domino cardinali Tridentino, insinua mihi que rescribe. libenter enim cum doctis Bohemis hisce de rebus conferam, si modo assint aliqui a Regia Majestate designati arbitri, qui litem, si qua incideret, benigne componerent. et Bohemi plura possint suggerere, quae ad illustrandam patriam possint historiae interseri. facile item patiar quaedam eximi ac tolli ex libris meis, quae scandalum aut offensionem parere possent.

Mitto nunc libellos tres breviculos ex iis quos hac aestate edidi. de reliquis nomina tantum mittam, quia non possunt commode in fascem literarum redigi. edidi sane in latinis praecipue propter Polonos quaedam, utpote quatuor Philippicas, Velitationem in ejus Apologiam, et Confutationem in ejus Didymum; in Lutherum item aliquot exhortationes et ea quae ad Bernenses olim teuthonice scripsi. in teuthonicis tria aut quatuor opuscula, in quibus Jonam tuum¹ et Cordatum quandam² exagitavi.

A Cordato sane petii ut sigillatim ad haec 15 respondeat:

1. Quod Lutheri doctrina Augustae non victrix, sed victa fuit.
2. Quod Cordatus infamis est verborum meorum falsarius et decurtator.
3. Quod Lutherus Arrianus est, dum rejicit homousion.
4. Quod libro episcopi Roffensis³ scelerate Turcica dogmata imputantur.
5. Ut ex scripturis doceant quomodo possint prophani sacerdotes eorum in altari conficere.
6. Quod meri panis devoratores sunt, dum transsubstantiationem negant.
7. Quod in sacramento eorum mera falsitas et error est.
8. Quare nolint nobiscum confiteri missam purgatorium christiana etc., quemadmodum nobiscum confitentur tres personas.
9. Quod de indulgentiis quoque nequiter me calumniatus est.
10. Quod omnes Lutherani venerabile sacramentum altaris indigne sumunt.
11. Quod mihi nullum de utraque specie argumentum solverunt.
12. Quod cadaveris devoratores sunt, dum negant concomitantiam.
13. Quod de sacris quoque ordinibus nullum argumentorum meorum solverunt.
14. Quod prophani et non ordinati eorum sacerdotes sunt canini presbyteri et porcini episcopi.
15. Quod non omnia quae credenda sunt, in scripturis expresse posita reperiuntur.

Haec in uno libello, et in altero Jonae tuo decem proposui quaestiones circa eandem materiam; in alio item septem quaestiones de rebus matrimonialibus. at illi ad omnia tacent! nuper autem cum incidisset in manus eorum epistola mea, quam 15

1) 'tuus', wohl ironisch wegen der wider Fabri gerichteten Schrift des Jonas: defensio pro conjugio sacerdotali.

2) Konrad Cordatus war der Nachfolger Witzels in der Pfarrei Niemeck unweit Wittenberg.

3) John Fisher, Bischof von Rochester.

augusti ad Vicelium scripsi¹, miris conviciorum et calumniarum acerbitatibus me flagellant et ita contemptibilem facere satagunt ut non sim dignus ulla doctorum hominum responsione.

Haec est summa studiorum et laborum hujus semestris. nunc pauca subjungam de externis. in Anglia nihil prorsus effeci, quia summi amici et patroni mei dejecti jacent in squalore carceris: Rev. d. episcopus Roffensis, Tho. Morus baro et Robertus Ridlein summus theologus. episcopus Durmensis², d. Cuthbertus Tunstallus³, cum fuisset Londini et accepisset quod adesset nuncius cum literis meis, jussit ei dici, se quidem favere mihi, sed ita rem habere tunc in Anglia ut non ausit neque a me recipere neque ad me dare ulla literas. Roffensis episcopatu privatus mortique adjudicatus vita donatus est et ad perpetuos carceres damnatus, scilicet ut vota sit ei supplicio et mors solatio, tanquam reo laesae majestatis⁴.

Ex Scotia vero nuper rediit alter nunciorum meorum summo cum gaudio meo, anxius enim eram perpetuo de illius vita, ne forte periisset et ego parentibus ejus respondere non possem. at rediit incolumis et honorificas reportavit literas tum ab ipso rege Scotorum⁵, magnae spei adolescente (qui 21. aetatis annum nondum egressus adhuc solutus est et absque uxore), tum a duobus archiepiscopis s. Andreae et Glasguensis, quorum hic supremus est regni cancellarius, ille primas Scotiae. attulit item literas ab eximio theologo Johanne Majoris, qui Parisiis magni jam pridem fuit nominis, et a quibusdam episcopis donatus fuit a rege 40 coronis; ait tamen regem jussisse ut centum coronae numerarentur, sed thesaurarium, episcopum Aberdonensem, numerasse tantum 40. rediit itaque absque jactura mea, licet lucrum perenne sit, si sumptus et ea quae misi, conferantur ad ea quae ille reportavit. ego gratias ago Deo optimo maximo, qui adolescentem meum duxit et reduxit incolumem cum honore. nam Scoti, ut sunt constantissime catholici, magna cum gratia et benevolentia libellos meos receperunt, offensi tamen in uno, quod quibusdam adjunxeram Erasmi librum de concordia ecclesiae. nam

1) Vgl. Gef's S. 42f.

2) Sic?

3) Der letzte Bischof von Durham.

4) Bekanntlich wurden im folgenden Jahre sowohl Bischof Fisher wie auch Thomas More doch noch hingerichtet.

5) Der Brief K. Jacobs von Schottland findet sich, in Abschrift von Cochlaeus' Hand, in der gleichen Handschrift fol. 98, datiert ex regia nostra sanctae Crucis calendis juli anno ab incarnato domino trigesimo quarto supra millesimum et quingentesimum — er enthält den Dank für das dem König gewidmete und überreichte Buch in Alexii cujusdam Scoti assertiones.

tametsi rex Erasmo gratiose respondit, episcopi tamen et monachi libros ejus non amant, sed tanquam suspectos rejiciunt. hoc secreto R^{mae} D. T. dixerim, ne aliis dicas, quum non expediat ut irriteretur amplius Erasmus.

Bene vale, R^{me} domine, et ignosce obsecro prolixitati, quia rarissime datur hinc ad te nuncius. quodsi in aula sunt R^{mi} domini cardinalis Tridentinus et nuncius apostolicus, rogo ut reverentissime nomine meo salutes utrumque, utrique offeras preces meas, utrique devotionem meam et obsequendi promptitudinem. erat mihi nonnihil spei de refundendis impensis quas feci in transmittendis libris ad Italiam et in Poloniam, sed hactenus vane deludor sive perfidia nunciorum sive fastu aut negligentia magnatorum. sed valeant hae curae. dominus benigne providet ac procurat, unde sit victus pro hoc corpusculo; dignitates enim amplas neque ambio neque expecto neque etiam accepturus, si offerrentur ultro. placet mihi angulus privatae vitae, quanquam oculi vehementer nunc ex labore languent. iterum vale tuosque secretarios et Jodocum quam amicissime nomine nostro saluta.

Ex Dresda 28 octobris 1534.

Fuit nuper apud me Petrus Dorpius Brabantinus, qui, cum salutem diceret mihi nomine R^{mae} D. T., mutuo accepit a me 2 fl., quos nunquam credo reddet, quum non reddidit ut promisit. jactitabat multa de suis canonicatibus Trajectensi et Antverpensi atque etiam de patrimonio suo ac de principum stipendiis. video mihi data esse verba.

R^{me} domine patrone pientissime. hisce literis jam scriptis perlatae sunt ad me literae R^{mae} D. T. datae 14 octobris, in quibus ad longum significas de Hasenbergio nostro, quem ego acriter quidem temeritatis incusabo, quemadmodum et antea admonui ne temere credat quibuslibet. ceterum quia pro mea erga R^{mam} D. T. charitate et observantia liberius scripsi, te post infulam haberi ad rem avidiorem, non ex Hasenbergio, sed ex aliis plerisque multo majoribus quam ille sit accepi, qui mihi sepe aures perstrinxerunt et obtulerunt invidiosa illa exactione monasteriorum, cui te ministrum praeuisti. dixerunt itaque et dicunt, te ideo provinciam illam suscepisse ut ea exactione debitum acquirereres. R. D. administrator et ego constanter negamus; ego tamen totius rei ignarus non possum contrarium docere.

De Ritio ¹ cupio ex R^{ma} D. T. scire quidnam machinetur aut quid a me fieri velis. de morte pontificis Romani doleo; putabam figmentum esse. nunc episcopus noster Romam profectus

1) Vgl. Nuntiaturberichte I, S. 143 Anm. 1.

coadjutorem accipiet ¹. rescribe quaeso sepius, per administratorem enim Pragensem facile poteris et necessarium erit credo maxime propter historiam Hussitarum, cui lutheranam quoque adjungere intendo.

40. Aleander an Cochlaeus: Ankunft der Büchersendung, aber unvollständig und schlecht erhalten. Schwierigkeit des Vertriebes. Demnächstige Abreise nach Rom. Gibertis Freigiebigkeit gegen Cochlaeus 1535 Mai 12 Venedig.

Ans Cod. Vat. 8075. fol. 108^a, gleichz. Abschrift.

Uno eodemque prope tempore renunciata est mihi mors Clementis VII pontificis maximi, optimi patroni mei, et adlatum est doliolum quoddam cum libris tuis, longe minore numero quam ad me in catalogo antea scripseras, et plurimum vel etiam fluiali aqua contaminatis. pro quorum vectura tribus scutatis aureis solutis dedi statim operam ut, quicquid integri reliquum erat, colligeretur in unum et quod madefactum siccaretur. neque tamen licuit hactenus eos veno ² exponere, tum quia bibliopolae divites id cure maxime renuunt, intenti solum libris suis vendundis, pauperibus vero non vidi quid fidere possimus tum ob multiplices curas et perpetuam animi agitationem, dum a Paulo pontifice nunc hic confirmor, nunc in urbe revocor, sicuti proximis literis factum est, quibus me ad se magno studio vocat ³. itaque intra quatrimum hinc urbem versus iter arrepturus ⁴ non prius discedam quam libros alicui, quam potero maxime fideli, bibliopolae consignavero, adhibita etiam Egnatii viri doctissimi cura, qui pecuniam, quae inde colligi poterit, ad te transmittet. ego vero quicquid auctoritatis et gratiae apud summum pontificem sum habiturus, illud velim esse mihi tecum commune. tu si quid me vis, Romam scribe.

Mitto ad te amplissimi patris domini episcopi Veronae literas, missurus et quinquaginta florenos aureos, quos in 36 coronatis mihi ad te dedit, si per Welzerorum procuratores licuisset. hi enim non semel a me hac de causa interpellati negarunt se transmittendi pecunias a dominis suis facultatem habere; itaque ex urbe facilius id me facturum spero. tu eam pecuniam in loculis habere jam te puta. bene vale et ad me scribe per pri-

1) Der Bischof von Meissen, Johann VII. von Schleinitz, erhält damals in der Person Johanns (VIII.) von Maltitz einen Koadjutor, der ihm später in der bischöflichen Würde nachfolgte.

2) Hs. venos.

3) Vgl. Nuntiaturberichte, Bd. III, S. 37. Anm. 2.

4) Das Nämliche teilte Aleander gleichzeitig auch Nausea mit: Epist. miscell. ad Nauseam p. 152.

num quemque, quid de te deque principe tuo Ill^{mo} et vere religiosissimo, et quid particulatim in causa fidei istic agatur. iterum vale, frater carissime.

Venetii 12 maji 1535.

41. Cochlaeus an Aleander: Briefe Aleanders und Gibertis erhalten. Ankunft seiner Büchersendung in Venedig. Das Geldgeschenk Gibertis. Ausgaben an Druckkosten. Seine Hussitengeschichte und andere neue Produkte. Zwei Gratulationsschriften zu Pauls III. Erhebung. Der heilige Stuhl und die Universität Wittenberg. Die Lutheraner und das Konzil. 1535 Juni 25 Dresden.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 114, eigenh. Orig., mit Vermerk Aleanders: Venetiis 20 augusti.

R^{mo} in Christo pater, vir amplissime, domine clementissime S. heri accepi literas tum R^{mae} D. T. datas Venetiis 12 maji, tum R^{mi} domini Veronensis datas Veronae 5 die decembris, utrasque sane clementia et benignitate plenas. certe si scirent Lutherani, quantum profuerint mihi conviciis et impietatibus suis, arbitror eos in odium mei ab omni in me convicio cessaturos. ipsi mihi tales ac tantos conciliavere viros dignitate ac eruditione praecellentissimos, quibus alioqui dignus non essem matellam porrigere.

De doliolo librorum quod misi, doleo equidem et tam sero Venetias pervenisse et tanti redemptam vecturam, quae pluviam admisit in libros. ego pro vectura a Lipsia Augustam usque (arbitror autem Augustam non longius a Venetiis quam a Lipsia distare) satisfeci, sed multo minori precio. utcumque res ea habeat, de precio librorum non sum sollicitus; sufficit mihi inde intellexisse R^{mam} D. T., me mandati tui ea in re immemorem non fuisse, et eam rem in noticiam R^{mi} domini Veronensis pervenisse. de 50 florenis aureis, quos a R^{mo} domino Veronensi te recepisse scribis, ut mihi transmittas, plurimum profecto gaudeo. nam cum is dixisset episcopo nostro Misnensi, se destinasse mihi 50 aureos per R^{mam} D. T., diu veritus sum ne infideliter essent per bancum intercepti aut retenti. nunc ab ea tristi opinione commode relevant ac liberant me benignissimae literae R^{mae} D. T.! merito igitur amplissimas ago habeoque gratias utrique vestrum, illi ut largissimo donatori, tibi ut benignissimo procuratori et muneris custodi. — — quantas vero tulerim intra sesquiannum, immo intra anni spacium impensas in typographia, ex adjecta intelliges scheda ¹.

1) Liegt nicht bei; ebenso wenig der gleich erwähnte Auszug aus der Historia Hussitarum.

neque interim levis mihi labor fuit in colligenda Hussitarum historia ex vetustis et barbore scriptis Bohemorum et Germanorum codicibus, cujus sane historiae summam in scheda altera videbis. adjungo item libellos duos breviculos, ex quibus conjicias quantum mihi curae ad exterarum quoque nationes. ad Polonos enim in autumnno proximo edidi septem opuscula. interim et ad Paulum III pontificem maximum congratulationem duplicem scripsi¹, unam de eius electione, alteram de matrimonio regis Angliae, quem fallax fama referebat reconciliatum et Caesari et uxori suae filiamque despondisse regi Scotorum. miror vero sedem apostolicam ita vel connivere vel dissimulare perpetuo ad tanta mala, quae e Wittenberga, velut ex puteo abyssi, in orbem terrarum longe lateque in omnes provincias christianas disperguntur per adolescentes multarum nationum, qui, dum Philippum Melancthonem sequuntur, in Lutheri casses incidunt. plerique principes saeculares manifeste publicis edictis prohibuerunt suis subditis, ne filios suos illuc mitterent ad literarum studium; at sedes apostolica, ad quam haec cura maxime spectat, eam rem omnino tacet ac dissimulat tot jam non solum annis, sed etiam lustris. ego libellis meis ad Polonos effeci, immo non ego, sed gratia Dei per episcopos Poloniae, ut rex novo edicto severissime interdixerit omnibus suis ne Wittenbergam suos mittant filios ad studia. et sedes Romana, cui res illa scelerum injuriosissima est, perpetuo dissimulabit? at in concilio generali medebitur (iniquies) huic malo. ego autem parum spei de hoc habeo. si enim non pepercerunt Caesari et principibus Augustae, quomodo parcant papae, cardinalibus et episcopis, quos quotidie ad populum voce scriptisque lapidant ac exosos faciunt, ut non debeat eis locus esse in concilio, aut si omnino repelli non possint, ut saltem suspecta sit eorum autoritas, quasi propter pompam et metum reformationis nolint synceram evangelii doctrinam admittere. cur igitur non revocatur a sede apostolica approbatio illius universitatis? cur non citantur saltem Philippus, Jonas, Pomeranius et alii in ea universitate post Lutherum antesignani? bone Deus, quomodo potest papa sine peccato ad tanta mala, quibus inferuntur maxima toti ecclesiae detrimenta et animarum infinita pericula, perpetuo tacere ac officii sui debitum subtrahere? haec ad R^{mam} D. T. confidentius, quia optime nosti quanta sint orbi e studio illo mala illata. aureos illos 50 commodissime miseris mihi Moguntiam aut Francfordiam, ut in nundinis possit pro aliis opusculis comperari inde papyrus.

Bittet seinen Freimuth zu entschuldigen und ihn Campeggi, Schomberg und Giberti zu empfehlen.

Ex Dresda 7 kal. julias anno domini 1535.

1) Vgl. Gef's S. 45.

42. Cochlaeus an Vergerio: dessen Ankunft in Dresden. Anfrage wegen der ihm durch Paul III. angeblich verliehenen Propstei von S. Severin zu Köln. Wunsch, Heinrich VIII. wegen seiner Losreißung vom Papsttum anzugreifen. Verwendung für Haner. Vollendung der *Historia Hussitarum*. 1535 November 16 Meifsen.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX nr. 66 fol. 102, eigenh. Orig., in dessen Unterschrift Cochlaeus sich als *canonicus novicius ecclesiae Misnensis* (vgl. ob. zu nr. 29) bezeichnet.

S. p. d. R^{me} domine, patrone colendissime. hac hora ex vago relatu accepi R^{mam} D. V. venisse tandem Dresdam¹; anxie sane jam pridem expectavi ac per moram timui, ne quid forte sinistri accidisset R^{mae} D. V. in itinere ac longa hac profectioe. ex Moguntia enim dignata fuit R^{ma} D. V. ad me scribere 4 septembris jussitque ut illustri principi ac domino meo scriberem aut dicerem R^{mam} D. V. ad ipsum venturam circiter kal. octobr. urget me instans et ad iter accinctus nuncius, ut brevissime scribam. duo praecipue sunt, de quibus supplex humili prece R^{mam} D. V. consulo: unum concernit meam utilitatem privatim, nempe quid rei sit circa praeposituram s. Severini Coloniensis, de qua multi congratulantur mihi, eo nomine quia San^{mus} Dominus Noster Paulus papa III contulerit proprio motu parvitati meae. at ego nihil certi de hoc habeo nec sine provisione apostolica obtinere aut possessionem petere potero². scribat obsecro R^{ma} D. V. brevissime quid ea in re faciendum sit mihi; haec hactenus enim avidissime vestrum expectavi adventum. alterum concernit auctoritatem sedis apostolicae, quam a rege Angliae et ab ejus adulatoribus graviter ledi ac rejici video publicis scriptis, quibus obviare intendo, si R^{mae} D. V. consultum videatur. addo et literas magistri Joannis Haneri Bambergae exultantis ac misere gementis et conquerentis, quod curtisani praeripiunt ei beneficia, quae bonitate R^{mae} D. V. consequeretur, si non obstarent illi tum Bambergae tum Herbipoli. siquid pro eo solatii habet R^{ma} D. V., dignetur obsecro vel illi vel mihi indicare.

Chronica Hussitarum in 12 libros a me digesta expectant tantum Ser^{mi} regis Romanorum et R^{mae} D. V. adventum in Bohemiam, ut non edam temere in offensionem alicujus quem offendere nolim.

1) Aus Dresden berichtete Vergerio am 13. November über seine sehr merkwürdige Begegnung mit Luther in Wittenberg: Nuntiaturberichte I, Nr. 218, S. 539 ff.

2) Dafs er überhaupt nicht in den Genufs dieser Pfründe kam, berichtet Cochlaeus in Nr. 48; vgl. auch Nr. 63 und 78.

Bene valeat R^{ma} D. V. et parvitati meae clementer ignoscat quod festinanter scribo; personaliter venire non possum propter residentiam, quam hic complere cogor.

Ex Misna 16 novembris anno domini 1535.

43. Cochlaeus an Vergerio: das Kapitel genehmigt, daß er zum Nuntius komme, aber nicht zur Nachtzeit; wird morgen kommen. 1535 November 17 Meissen.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX nr. 66 fol. 104, eigenh. Orig.

S. hac hora, hoc est octava mane, vocatus sum in capitulum, ubi congregati domini capitulares legebant literas R^{mae} D. V., quibus libenter volunt parere, sed ea lege ut non per noctem extra oppidum, quia timent de consequentia, ut ore cras (Deo volente) R^{mae} D. V. dicam. dabo igitur operam ut cras ante prandium compaream coram R^{ma} D. V. Dresdae in arce, suppliciter rogans ut R^{ma} D. V. dignetur articulos mihi proponendos interim in breve aliquod memoriale conscribere, ut eo citius possim dimitti, ut iterum huc veniam eodem die. si enim R^{ma} D. V. dignabitur mecum colloqui per duas horas, admodum de multis colloqui licebit. obsecro igitur ut R^{ma} D. V. hanc meam necessitatem corde percipiat, ut possim redire huc sine laesione statuti tot seculis observati et jurati. bene valeat R^{ma} D. V.

Ex Misna 17 novembris 1535.

44. Cochlaeus an Ottonello Vida¹: die Berufungsbulle des Konzils. Die Lutheraner. Nikolaus Wolrab. 1536 Juli 26 Meissen.

Aus Venedig cod. Marc. lat. cl. IX, nr. 66 fol. 105, eigenh. Orig., mit der Aufschrift: Clarissimo viro magnifico domino doctori Othonello Vidae, R^{mi} domini oratoris et nuncii apostolici cancellario, cognato locumque tenenti apud . . . regem Romanorum. in aula regis Viennae aut Oeniponte: zu Wyen oder zu Inspruck.

S. p. d. magnifice domine locumtenens, vir doctissime ac studiosorum benignissime patrone. non libet mihi nunc multa scribere, ex ea praecipue causa quod nescio an lator praesentium, nuncius alioquin certissimus, sit perventurus ad inclytam Magnificentiam Vestram. nihil profecto literarum neque ex urbe neque ex aula regia accepi ab eo die quo Magnificentia Vestra Dresdae me vidit apud R^{mm} dominum oratorem et nuncium apostolicum, quamvis ego non paucas interim ad diversos miserim. bulla

1) Depeschen Vidas aus dieser Zeit (bis zum 23. August d. J.) am Schlufs des ersten Bandes der Nuntiaturberichte.

apostolica de celebrando concilio jam tandem Dresdam pervenit, quae et teuthonice nunc invulgatur. Deus sit benedictus in saecula. ego totis viribus conabor, ut externis nationibus ita depingam et acta et dogmata sectae lutheranae ut, sive comparuerint in concilio sive contumaces (quod vereor) fuerint, omnes boni intelligant, eos per malam conscientiam causae suae diffidere.

Bene valeat Magnificentia Vestra et si quid certi de rege Angliae aut de Caesare habeat, per certum hunc nuncium quantumvis breviter rescribere dignetur meamque parvitatem R^{mo} domino P. P. Vergerio commendare.

Ex Misna 26 julii 1536.

Magnificentiae Vestrae

deditissimus clientulus

Joannes Cochleus.

Persuasi jam dudum sororio meo Nicolao Wolrab, bibliopolae Lipsensi, ut propriam instituat officinam impressoriam seu typographicam, id quod ille strenue satagit. verum premittitur plus aequo et ultra subsistentiae suae vires onere impensarum. novem enim genera selectarum scripturarum ad imprimendum parat, ut Catholicis praesto sit ad serviendum in concilio, ne praeveniant ea in re nos haeretici, quemadmodum hactenus perniciose fecerunt, praesertim in comitiis Augustensibus.

45. Aleander an Cochlaeus: bisherige Hinternisse der Übersendung des Geldgeschenks Gibertis, welches jetzt der neue Nuntius Morone überbringt. Der Vertrieb der Schriften des Cochlaeus in Venedig. Hoffnung auf bessere Zeiten. Betreibung der Konzilssache. Grüße. 1536 Oktober 24 Rom.

Aus Cod. Vat. 8075 fol. 237^a—238^a, gleichz. Abschr., von Aleander überschrieben: Cochlaeo theologo.

Rev. et doctissime doctor, vale. vide quam multae sint tribulationes justorum! jam biennio amplius amplissimus Veronae episcopus mea commendatione et sua benignitate motus mihi ad te dedit quinquaginta Renenses in triginta septem coronatis aureis¹. quos nunquam potui ad te mittere: nam Venetiis ii qui Velzerorum nomine se agere profitentur, non habere se in mandatis dixerunt transmittere aliquo pecunias. Romae cum imperator esset septem tantum diebus², ita fui occupatus in republica et praesertim in componenda et disputanda toties concilii bulla³ ut, cum Velzeros, qui regiam sequuntur, quaererem, intel-

1) Vgl. Nr. 40ff.

2) April 1536.

3) Vgl. Nuntiaturlberichte I, S. 74f.

lexerim eos jam discessisse. nunc occasionem hanc nactam per R^{mum} episcopum Mutinae, qui ad Ser^{mum} Romanorum regem se confert nuncius apostolicus apud eum statarius futurus¹, mitto 37 coronatos praedictos simulque ei te de meliore nota commendavi. vir est integritate vitae et optimis literis et erga studiosos et doctos viros amore et benignitate incomparabili, id quod fiet tibi re ipsa manifestum, ubi usu eveniat, ut ejus patrocínio et opera indigeas. invenies enim hominem et tua virtute et mea commendatione² tui amantissimum.

Alterum caput est, ex quo colligo fortunam esse bonis et doctis viris plus nimio infensam. miseram ad me Venetias dolio- lum librorum plenum. id (ut memini alias ad te scribere) nau- fragio pene interiit. neque hoc satis fuit, sed et libros, quos potui non omnino destructos ex eo colligere, commendavi biblio- polis Florentinis, cognomine Giuntis, Venetiis agentibus. hi cum non sperarent prae mole negotiorum posse dividendis libris tuis operam dare, exposuerunt eos venum in taberna cujusdam alterius bibliopolae minoris fortunae. quid factum postea sit, nihil prorsus intelligere potui, ex quo Romam veni; semper enim mihi sunt verba data pro nummis quos ad te mitterem; unde mirari desii, quod alias mihi dixisti, te in transmittendis libris in Britanniam fuisse etiam infoelicem, usque adeo ut non solum de librorum jactura, sed etiam de nepotis periculo subdubitaretur. idcirco in principio epistolae scripsi cum propheta³: *multae tribulationes justorum*, quod usque adeo me interdum contristat ut, nisi sta- tim subderetur: *sed de omnibus his liberabit eos dominus*, fuerim saepiuscule multo iniquiore animo, laturus fortunam tuam, tum aliorum virorum doctorum, addidissem etiam meam, quae semper anceps fuit, si me cognoscerem dignum qui in doctorum albo connumerarer. illud profecto vix satis concoquere possum, fortu- nationes esse eos qui vitiis scatent atque haeresibus christianum orbem contaminare nunquam cessant, iis qui quotidie fidem Christi et ejus ecclesiam strenue propugnant. sed jam, ut spero, illu- cescit dies propeque est tempus, nisi per principum christianorum rabiem stet, quo boni et orthodoxi viri in precio sint. haec vix potui ad te scribere et praecipiti stilo, cum essem in expediendis nunciis ad omnia Christianorum regna super concilii promulgatione occupatissimus. in hac enim re et plerisque aliis, quae ad con- cilium instruendum attinent, summus pontifex non in postremis opera mea utitur — — —

Bene vale mi frater et Ill^{mo} atque ὁρθοδοξοτάτῳ principi

1) Vgl. ebendasselbst II, S. 9.

2) Vgl. ebendasselbst S. 63 u. 68.

3) Ps. 34, 20.

tuo simul et viro clarissimo domino Julio Pflug, de quo mihi cum R^{mo} cardinali a Sconenberg fere quotidiana (sicut et de vobis omnibus) mentio est, etiam atque etiam commenda, et omnia quae de carissimo fratre, de me tibi pollicere. iterum vale.

Romae in palatio apostolico 24 octobris 1536.

Propedem missurus sum unum e meis familiaribus Venetias tum aliis de causis, tum ut sciscitetur quidnam libris tuis sit factum; et quamcunque pecuniam ex eorum venditione collectam invenerit, ad te illinc mittet.

46. Cochlaeus an Aleander: hat durch Morone¹ die 37 Goldthaler erhalten, welche Aleander ihm vonseiten Gibertis übersandt. Bedauert die zweimalige Übergehung Aleanders bei den Kardinalspromotionen²: nach seinen Erfahrungen ist der dafür angegebene Grund, daß Aleander den deutschen Fürsten mißliebiger sei, durchaus hinfällig; Herzog Georg von Sachsen z. B. hat in Worms wie in Regensburg Aleanders Beredsamkeit und Umsicht gepriesen und bewundert. 1537 März 12 Prag.

Aus Bibl. Vat. Cod. Reg. 2023 fol. 106^a, eigenh. Orig.; (in der Aufschrift wird Aleander als sedis apostolicae bibliothecarius bezeichnet); mit Vermerk Aleanders: Romae 14 aprilis.

47. Cochlaeus an P. Paul III.: Umsichgreifen des durch Bündnisse gekräftigten Luthertums. Verwegenheit der Stadt Augsburg. Litterarische Thätigkeit des Cochlaeus. Morone. 1537 März 23 [Meißen].

Aus Parma Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, eigenh. Orig., am Rande verletzt.

Post humillima Beatorum pedum oscula devotissime offero Sanctitati Vestrae me totum, quod sum, quod habeo, quod valeo, non quod ego, sed quod gratia Dei mecum — — —

Grassata est jam 20 ferme annis haeresis lutherana, sed hactenus contra sacerdotes minores, presertim contra monachos; nunc vero auctis confoederatione viribus audacior facta robur et fastigium episcopale nobiliumque collegia invadere praesumit.

1) Seines Zusammentreffens mit Cochlaeus in Prag gedenkt Morone in einer an Aleander gerichteten Depesche vom 16. März (il Cocleo è venuto in queste parti a visitarmi), der er obigen Brief des Cochlaeus beilegte: Nuntiaturberichte, Bd. II, Nr. 30, S. 134 (wo die Anm. 1 entsprechend zu berichtigen ist).

2) Vgl. Nuntiaturberichte, Bd. III, S. 39.

coepit¹ nuper [Augusta Vi]ndeliciorum, quae sane urbs prae omnibus revereri merito deberet [sedem] apostolicam, majestatem imperialem et generale jam indictum a Sanctitate Vestra concilium. quamvis enim opulentissima sit, nulla tamen ratione poterit censuras damnunquē diu perferre, quum vix sit alia in Germania civitas quae vel plures vel opulentiores habeat negotiatores, qui merces suas sub Sanctitate Vestra et sub Caesarea Majestate habent plurimas. confidit nunc in humano brachio foederis lutherani, quod certe validissimum videtur; sed non mentitur scriptura prophetae dicentis: maledictus homo, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum et a Deo recedit cor ejus². sciet ergo S. V. tempus oportunum pro adhibendo remedio contra hoc cancri malum. ego interim ad Caesaream Majestatem apologeticum scripsi, quem ad eam nunc transmittō; ad S. V. mitto aliquam ejus partem et ex scripto theutonico Augustensium³, quod bene prolixum est, parvam portiunculam latine interpretatam, ex quibus S. V. pro summa sua et sapientia et rerum experientia facile re[liqua] conjiciet atque intelliget. oro igitur et obsecro, ut S. V. in hoc [meo] qualicumque obsequendi studio non tam effectum et operae precium, quam affectum ac piam intentionem gratiose considerare dignetur, cujus incolumitatem Deus Opt. Max. ecclesiae suae diutissime conservet illesam. quaedam Pragae nuper tradidi R. D. episcopo Mutinensi viro probatissimo . . ., quae ille S. V. sese missurum pollicebatur, quamvis exilia essent.

Ex [Misna] civitate 10 calendas aprilis 1537.

48. Cochlaeus an Morone: Pension aus den Gefällen der Würzburger Propstei. Seine Arbeiten. Unterstützung Nikolaus Wolrabs. Vertrieb Witzelscher Schriften. Deutsche Bearbeitung der Schrift Fabris über die Messe. Neue Abhandlungen Cochlaeus'. Luther und die Schenkung Constantins. Vereitelte Aussichten auf Pfründen in Köln und Brixen. 1537 August 31 Meissen.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 115, eigenh. Orig. mit Vermerk von Aleanders Hand: r^{tum} Romae 5 octobris.

R^{mo} domine, praesul vere ornatissime. S. ago R^{mae} D. T. gratias immortales pro laeto nuncio, quod mihi scribere dignata est de pensione centum florenorum super praepositura Herbipo-

1) Vgl. Nuntiaturberichte, Bd. II, Nr. 20. 21.

2) Jerem. 17, 5.

3) Wohl das „Ausschreiben“ des Rates von Augsburg an die Röm. Kais. und Kön. Majestäten. Janssen, Gesch. d. d. Volkes III, S. 337.

lensi¹. ago et R^{mo} atque doctissimo archiepiscopo Brundusino gratias amplissimas, quia tam fideliter mei memor fuerit apud San^{num} dominum nostrum papam. sed et Rev. domino proto-notario atque secretario² gratias ago supplices pro sua in me incognitum atque immeritum benevolentia. at R^{ma} D. T. unis literis nomine meo longe gratiosius efficaciusque et San^{mo} domino nostro et illis promotoribus meis gratias agere poterit quam ego decem aut centum. id fiet, si eis commendaverit mea studia jugesque labores, quos pro Romanae ecclesiae autoritate et pro fide catholica apud Germanos asserenda non sine gravi et oculorum et vitae discrimine sustineo, licet admodum pauca hoc anno latine scripserim.

Quantum vero curarum pertulerim hoc anno propter novam typographiae officinam, quam pauper affinis meus Lipsiae instituit longe magnificentius quam vires facultatum suarum ferre queant, solus Deus plene novit. arbitror profecto me hisce curis plus effecisse, quam si decem interim scripsissem libros. nunc enim potest ille typographus permulta Catholicorum scripta edere, praesertim eo tempore quo celebrabitur concilium, ut ex loco concilii subinde nova ad ipsum mittam, quae Germanis edat atque eos ejusmodi editionibus adversus Lutheranorum calumnias in fide et autoritate ecclesiae confirmet. verum tamen nondum liberatus sum ab illis curis; magna enim adhuc superest sollicitudo de exemplaribus Wicelii, quae magno numero impressit. quod si ea foeliciter vendiderit, salva permanebit ejus typographia: sin vero contemptim ac tarde ementur exemplaria, miser typographus debitorum onere oppressus corruet, et ego forsitan cum illo, nam in multis ejus debitis sponsorem ac fidejussorem me constitui. nunc proficiscitur Francfordiam in celebrem Germaniae mercatum; ibi sentiet quid deinceps poterit. bene quidem spero prosperos ei successus, vereor tamen interim ne spes me fallat. opusculum R^{mi} domini Vienensis, quod nunc latine imprimitur, postea bohemicè quoque et germanicè imprimendum, contra eos qui in sacramento sub specie panis corpus dumtaxat Christi et non totum Christum credunt³, ego Deo dante in teuthonicum vertam, et ex meo teuthonico vertetur in Bohemicum. verum non ero tam prolixus quam fuit autor; pro laicis enim non conducit prolixitas; ero itaque brevior atque etiam planior et ad laicos aliquanto nervosior in argumentis. haec in aurem dicta sint R^{mae}

1) Vgl. Nuntiaturberichte, Bd. IV, S. 172 Anm. 1, sowie die beiden nächstfolgenden Briefe.

2) Ambrosio Ricalcati, Geheimsekretär Pauls III.

3) Liber de sacrificio missae et sacerdotio novae legis, in M. Lutheri Cacodaemonem.

D. T., quae non sine causa quaerebat ex me isthic quomodo mihi opus illud placeret. certe latino quoque exemplari non nihil laboris impendi, sed in teuthonico plus laboris impendam oportet. excidentur interim et mihi duo libelli teuthonici, quorum prior est contra novos articulos Fribergensium, qui nuper a nobis defece-
runt¹; alter contra librum Lutheri de donatione Constantini, cu-
jus extremum capitulum R^{mae} D. T. nunc utcumque versum
latine mitto, quod lectum velim ulterius transmitti Romam ad re-
verendum dominum protonotarium². ego certe Lutherum in eo
libello de multis convici mendaciis, de iis praesertim quae magni
ponderis apud laicos videntur, dum allegaret gravissimos autores
contra Romanam ecclesiam, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum,
Hieronymum, Ireneum et orientales; ex omnibus autem convici
eum apertissimis ipsorum testimoniis. quod si concilium progres-
sum habuerit, vertam eum libellum totum in latinum, ut ex eo
cognoscant patres in concilio, quanta sit hominis circa hunc unum
articulum de donatione Constantini malicia et impudentia. certe
Germani putant nihil amarulentius ab eo unquam editum fuisse.

De pensione 100 florenorum non sum per omnia securus, nisi
expeditis super ea literis. R^{mus} dominus Petrus Paulus Vergerius
ante biennium scribebat mihi certissimum nuncium de praeposi-
tura sancti Severini Coloniensis³, et addebat: nunc dives es,
Cochlee. et tum fraude Germanicorum curtisanorum fui ea pro-
visione defraudatus. vereor itaque ne et hic fraudem curtisani
excogitent, qua me defraudentur pensione; tua alioqui scripta in-
star oraculi habeo semper.

Ex Misna pridie kalendas Septembris 1537.

De canonicatu Brixinensi⁴ omnem curam abjeci, quia audio
possessorem in iure me potiozem esse. nihilominus amplissimas
ago gratias R^{mae} D. T. de facta provisione tam gratiose ac
liberaliter, haud secus ac si possessor ipse existerem.

1) Vgl. die Historia de actis z. J. 1537 (p. 308).

2) Morone schickte mit dem vorliegenden Briefe auch diese Einlage
nach Rom an Aleander; letztere findet sich im Cod. Vat. 3918, fol.
143—145 mit dem Vermerk Aleanders: misit ad me episcopus Mutinae
e Vienna 20 septembris 1537, r. Romae 5 octobris.

3) Vgl. oben Nr. 42. In Nr. 63 kommt Cochlaeus nochmals auf
die Sache zurück; vgl. auch Nr. 78, wonach derjenige, der ihn um die
Pfründe in Köln brachte, der bekannte Kurtisane (und spätere Bischof
von Lübeck) Jodocus Hoetfilter war.

4) Schon am 4. Juni 1537 schrieb Morone nach Rom: al Cochleo
a li giorni passati io diedi un canonicato in Brixinone, ma ho inteso
ch'un altro è intruso et egli non è atto a litigare. Cochlaeus, bemerkt
Morone noch, sei der ärmste unter allen diesen katholischen Litteraten.
Nuntiaturberichte II, Nr. 44, S. 179; vgl. ebendas Nr. 30, S. 134.

49. Cochlaeus an Aleander: die Pension aus den Gefällen der Würzburger Propstei. Aleanders Übergehung im Kardinalat; der heilige Stuhl von weltlichen Rücksichten gelenkt. Erfüllung eines Auftrages Aleanders. Unerschrockenes Eintreten für das Konzil. Melanchthons verderblicher Einfluss; Verbreitung der Ketzerei über Deutschland hinaus. Bischof Andreas Critius und Kardinal Sadolet unter Melanchthons Einfluss. Sadolets Brief. Cochlaeus und Melanchthon. Polemik über Hufs. Die *Historia de actis et scriptis Lutheri*. Wolrab. Heinrich VIII. Franz I. im Kriege gegen den Kaiser. Abfall Heinrichs von Sachsen. Schriften Witzels und Cochlaeus' von Wolrab gedruckt. 1537 Oktober 7 Meissen.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 116—117 eigenh. Orig., mit Vermerk Aleanders: Romae 13 decembris; *περὶ πολλῶν κακῶν*.

R^{mo} domine amplissime ac doctissime praesul.

S. literas R^{mae} D. T. datas Romae 12 julii recepi hic 2 octobris, missas e Vienna a R^{mo} domino Matinensi nuncio apostolico, et cum eisdem recepi instrumentum reservatae mihi pensionis centum florenorum Rhenensium super fructibus praepositurae Herbipolensis gratia et liberalitate R^{mi} ac Ill^{mi} domini cardinalis Farnesii sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii. quae profecto reservatio, si effectum sortita fuerit, gratior mihi futura est quam quicumque episcopatus quantumvis amplus et opulentus. ad amplas dignitates neque natus sum neque idoneus natura aut industria factus. animus meus gaudet in parvis, quibus par esse queat. quod si pensio haec persolvetur mihi, sufficiet parvitati meae; majora non desydero, modo haec donatio transeat in effectum.

Quod autem R^{ma} D. T. metu nescio quorum principum (ut a multis accepi) praeterita est in doctissimorum virorum ad cardinalatus dignitatem ascitorum numero, non laudo, sed doleo vehementer. et vereor anxie ne respectus ejusmodi, quo magis respiciuntur homines quam virtutes et Deus ipse dator omnium virtutum, sedem apostolicam ad extrema tandem perducatur. quomodo enim non irascatur Deus vicario suo in terris supremo, si is magis respiciat homines mortales quam autorem et conservatorem suum principalem et unicum? aut si magis confidat in homine quam in Deo? an frustra monet nos in scripturis toties spiritus sanctus quod non est apud Deum personarum acceptio? cum igitur viderim jam multis annis, neglecto ad Deum refugio, humanis consiliis sedem apostolicam indies magis deficere potius quam proficere, non possum non dolere de pernicioso, licet jam pridem inveterato isto hominum respectu, dum magis expenditur hominum favor aut judicium quam virtutis meritum aut causae justitia.

Si praecipue docti hoc tempore eligendi erant, neminem profecto scio ex omnibus qui in doctrina praeferri tibi queat, neque facile meritis in sedem apostolicam te quispiam superat. arbitror itaque majorem tibi et favorem et gloriam comparari ex repulsa, quam ex adepta haberes dignitate, quemadmodum de Antistio Labeone scriptum legitur ¹.

Quae mihi R^{ma} D. T. in scheda seorsum scripsit, curavi diligenter; quam efficaciter vero curaverim, nondum scire possum nec satis tutum est omnia literis concedere.

Mitto R^{mae} D. T. libellum contentiosum, quem pro concilio ad Mantuam indicto contra calumniatores edidi, non ignorans quidem quam invidiosum atque etiam periculosum sit mihi apud plurimos Germanos tam libere contradicere invalescenti apud nos sectae; sed confido magis in Deo quam in homine aut in brachio carnis, et scio adversarios non posse mihi occidere animam, sed corpusculum dumtaxat, quos nos timere prohibet in evangelio Christus. reprobabunt forsitan etiam ex cardinalibus nonnulli hanc meam fiduciam ac libertatem, quam temeritatem potius et amarulentiam dicent. ego autem scio cui credidi et in quem confido, ut non magnopere curem qualem me judicet humana dies. nec ignoro quam male cesserit ecclesiae lenis illa haereticorum tractatio, per quam illi sic profecerunt indesque magis ac magis proficiunt in pejus, ut jam non timeant amplius, sed intractabiles omnino sese nobis praebeant, concilii cujuslibet autoritatem contemnentes.

Nemo autem perniciosior Romanae ecclesiae hostis tot jam annis fuit quam Philippus Melanchthon, quod te probe nosse arbitror. ipse enim politicii literatura protraxit in partem Lutheri nobilissima quaeque juventutis ingenia; ipse ad aulas principum Augustae irrepens subdola dissimulatione malignitatis suae plurimos corruptit et ab ecclesia Romana alienavit; ipse in publicis ibi tractatibus omnia adversariorum tela fabricavit, autor et Confessionis et Apologiae illorum; ipse regem Angliae in maligno proposito per suos locos communes aliaque scripta confirmavit; ipsius scriptis praecipue debetur quod externae nationes Dani, Suedi, Norvegii, Brutheni ², Livonii tantum odii conceperunt tum in episcopos tum in Romanam ecclesiam; ex ejus denique schola prodierunt nobiles Poloni, qui nunc seditionem excitare dicuntur in amplissimo illo regno, non modo contra episcopos, sed etiam contra regem ipsum. indigne quidem ferebat Rev. dominus Andreas Critius episcopus Plocensis ac demum archiepiscopus Gnesnensis, vir eruditus et jam in domino defunctus, quod ego in

1) Taciti Annal. l. III, c. 75.

2) Sic!

Philippum illum ad Polonos quosdam anno 1534 aliquot opuscula mea edideram, quasi turbaverim consilia ejus, quae a Clemente VII ac toto cardinalium coetu comprobata fuerint. sed non cognoscebat bonus ille pater fraudulentum Philippi ingenium artemque simulandi ac dissimulandi. quae autem erant ejus consilia? fecerat ei falsam spem veniendi ad se Philippus, relicta Wittenberga, tanquam relicturus Lutherismum. ea ille spe incitatus pollicebatur homini grandia et donis eum pelliciebat et blandiloquis literis, sed nesciebat nihil ex animo synceriter a Philippo fieri aut promitti. nunc post obitum ejus subito erumpit fructus Philippicae artis in regno Poloniae, si non fallit fama.

Vereor autem ne multo perniciosius adhuc fallatur ab eodem Philippo R^{mus} et doctissimus vir cardinalis Carpenteractensis, dominus Jacobus Sadoletus, qui non veretur ultro sese ingerere et hominis hujus amicitiam summis precibus ambire, id quod R^{ma} D. T. facile intelliget ex epistolae ejus exemplo his incluso. de qua sane epistola ¹ maxime laetantur et gloriantur infensissimi quique Romanae ecclesiae hostes. circumfertur enim a Lutheranis magno cum tripudio, impressam tamen nondum vidi. vereor equidem ne una epistola sectam Lutheri plus confortatura sit quam confortare possint vel decem libri Lutheri. non sane quod existimem illam erroneos complecti articulos, sed quod minus caute laudat libros doctrinamque Philippi. scribo haec R^{mae} D. T. non inimico in tantum virum animo, sed tibi ut summo ejus amico, ut in secreto admoneas eum, quo caveat sibi de caetero a blandiciis Philippi charioremque sibi habeat sanctam Romanam ecclesiam quam teterrimum ejus hostem, qui etiam nuper excusationis Smalcaldianae in latino autor aut saltem concinnator extitit ². possem profecto et ego illius frui amicitia ejusque delectari ingenio, nisi charior esset mihi fides et unitas ecclesiae quam omne quod est in hoc mundo. scripsit enim ipse ad me ut iniremus amnestiam injuriarum coleremusque amicitiam mutuis officiis, id quod mihi et favorabile et dulce atque etiam apud Lutheranos maxime plausibile atque honorificum fuerat futurum. sed ubi sensi eum non desistere ab impugnanda ecclesiae Romanae doctrina, valedixi ejus amicitiae, non quidem inimicus personae aut ingenii acuti, sed causae potius et falsae ejus doctrinae.

In odium vero futuri concilii . . . ³ hostes nostri Witten-

1) Gedruckt Corpus Reformatorum, vol. III, nr. 1587 (p. 379—383), d. d. Rom 17. Juni 1537.

2) D. i. die Rechtfertigung der Ablehnung des Konzils durch die Schmalkaldener, auf dem Bundestage im Februar 1537 abgefasst.

3) Durch Verletzung des Papieres ist ein Wort ausgefallen; nur zu lesen der Anfang va (nicht ganz sicher) und der Schluss . . . ant.

bergae opuscula, praecipue vero praetexunt excusationi et contumaciae suae gesta Joannis Hus in concilio Constantiensi, cujus historia jam pridem teuthonice edita est, ab Hussita quodam latine olim scripta. contra quam ego 12 libros bene prolixos ex antiquis scriptis, quae nunquam impressa fuerunt, collegi de gestis Joannis Hus et Hussitarum post ejus obitum, sed hactenus non edidi. expecto enim concilii tempus, sub quod et Lutheranorum acta dogmataque, in certam annorum seriem collecta atque digesta, edere intendo. et maxime propter concilium novum constitui typographum, unum ex affinibus meis, cui unam neptem mearum ex sorore despondi ac tradidi. qui et libellum hunc, quem mitto, in nova officina (quae mihi sane plurimis et curis et impensis constat) impressit. homo enim per sese longe pauperior est quam ut tantum impensarum onus perferre queat. cum autem tempore concilii maxime nobis opus fuerit fideli typographo (qui certe Catholicis rara avis in Germania nunc est), affinem induxi ut novam hanc pararet officinam, et quidem optimis et pulcherrimis characteribus tum latinis tum teuthonicis egregie instructam, sed ita ut in eam expenderim ego quicquid undecumque corradere potui, atque etiam fidejussor factus sim haud uno in debito eius.

Vidit, credo, R^{ma} D. T. sententiam regis (si rex modo dicendus est) Angliae contra concilium ad Mantuam indictum et usque ad calendas novembres prorogatum. miror profecto, ex tot eruditissimis Italiae viris neminem contra tot regis illius blasphemias et scandala tam foeda ac scelerata pro ecclesiae defensione calamum, velut gladium bis acutum, in illum stringere. si mihi essent eae ingenii vires quae Dei gratia multis sunt Italis, jampridem acerrime conquestus essem publice non solum contra tyrannum Angliae, verum etiam contra regem Franciae, qui, cum antiquo priorum regum merito dicatur Christianissimus, non veretur cum hostibus christiani nominis contra Christianos atque adeo contra Italiam, florem ac decus Christianitatis, inire atque etiam publice profiteri foedera atque piissimum Cesarem nostrum undique impedire, ut non possit Germaniae principes ab haeresi ad ecclesiae unitatem reducere.

Ediderunt Lutherani nuper tragoediam Joannis Hus teuthonicis rithmis, desumptam ex falsa historia, de qua supra, ut non solum libris et verbis, sed et actione ac ludo inculcent populo, Joannem Hus inique damnatum fuisse in concilio Constantiensi, proinde nulli concilio fidendum esse. quanto igitur diutius expectatur, tanto pejor fit ecclesiae status fortiorque haeresis Lutheri. ad quam sensim deficiunt Germaniae principes, unus post alium, inter quos et domini mei ducis Georgii frater dux Henricus repertus est, qui non solum ab ecclesia, sed et a fratre ad Lutheranos defecit nuper.

Mellem scribere laetiora, sed temporum malignitas non sinit. affinis meus novus typographus Lipsensis edidit hac aestate magno sumptu teuthonicam Wicelii postillam novam ac quatuor libros epistolarum latinarum ejusdem, meaque in teuthonicis diversa opuscula, eaque omnia in magno numero, nempe singula in 1500 exemplaribus. bene valeat R^{ma} D. T. meamque parvitatem devote commendet tum R^{mo} et Ill^{mo} cardinali Farnesio, tum summo pontifici San^{mo} domino nostro, proque clementissima ac liberalissima pensionis assignatione mihi facta Wicelioque et Hanero gratias mecum suppliciter agat.

Ex Misna civitate 7 octobris 1537.

Has per proprium nuncium mitto Viennam ad nuncium apostolicum.

50. Cochlaeus an Kardinal Alessandro Farnese:

dankt für die Würzburger Verleihung, die ihm hoffentlich zugute kommen wird, obschon ein gewisser Markgraf die Propstei dem Inhaber streitig machen soll ¹. Freut sich über die glänzende Lenkung der Kirche durch Papst und Vizekanzler ². Versichert — unter Berufung auf Campeggi, Schomberg, Aleander, Vergerio und Morone, qui de facie me cognoscunt —, dafs das Geld gute Verwendung finden soll, und zwar im Betriebe der von Cochlaeus hauptsächlich zur Förderung des Konzilswerkes ins Leben gerufenen Leipziger Druckerei, welche u. a. Werke des Fabri, Nausea, Witzel, Vehe und Cochlaeus gedruckt, aber mit grossen finanziellen Schwierigkeiten zu kämpfen hat ³. Schrieb näher an Aleander. 1537 Oktober 7 Meissen. — Nachschrift: bedauert Aleanders Übergehung bei zwei Kardinalspromotionen, um so mehr als die des heiligen Stuhls ganz unwürdige Rücksicht auf weltliche Fürsten dafür mafsgebend gewesen sein soll ⁴.

Aus Neapel Grande Archivio Carte Farnesiane fasc. 692, eigenh. Orig. (Anrede: R^{mo} domine, Ill^{mo} princeps).

1) Audio enim intendi litem possessori [Moritz von Hutten] a quodam marchione' [Markgr. Johann Albrecht von Brandenburg]. Vgl. die oben angezogene Stelle der Nuntiaturberichte.

2) [sedes apostolica] nacta est tales et tantos rectores: summum, inquam, pontificem omnibus virtutum numeris absolutissimum, et vicecancellarium tanto sane tum virtute tum conditione ac sapientia majorem quanto est aetate minor' u. s. w. Die wahre Meinung des Cochlaeus wird man eher in Nr. 49 als hier suchen müssen.

3) pro solo papyro, quo utitur [scil. impressor] ad hyemales editiones, exposuit nuper Francfordiae in nudinis supra 500 aureos'.

4) Non videtur mihi res boni exempli, si magis attendatur hominis quam Dei judicium. sedes apostolica fundata est verbo Dei, non verbo

51. Cochlaeus an Morone: Die hierarchiae ecclesiasticae assertio des Pigius. Unzweckmäßigkeit eines Geleitsversprechens an die Lutheraner für den Konzilsbesuch. Haltlosigkeit der Ansicht, dafs es gelingen könne, die lutherischen Stände von ihren Theologen loszureißen. Andere Streitschriften des Pigius; Sorge für den Druck derselben. Kölner Druck einer Sammlung von Konzilsschriften. Ein Brief Moritz' von Hutten. Witzels Postille. Haners Panoplia. Druck von Schriften Ecks, Fabris, Nauseas u. a. durch Wolrab. Notwendigkeit letzteren zu unterstützen; auf ihn gesetzte grofse Erwartungen. 1538 Januar 12 Meifsen.

Aus Cod. Vat. 3918 fol. 147^a—150^a, gleichzeitige von Aleanders Hand korrigierte Abschrift.

R^{me} domine praesul et patrone ornatissime.

S. vix abierunt dies octo et scripsi diligenter quicquid scriptum dignum videbatur ad R^{mam} D. V., cui nunc iterum scribo, licet festinatior calamo propter inopinatum discessum Rev. d. administratoris, praepositi nostrae quoque ecclesiae Misnensis ¹.

R^{me} domine. recepi interim literas per tardum nuncii mei reditum ex Leodio, ex Colonia et ex Herbipoli, easque omnes mihi multo acceptissimas. Deo sit laus et gratiarum actio semper.

Ex Leodio scripsit ad me inter alios egregiae eruditionis vir Albertus Pighius Campensis, qui suis in literis perscripsit mihi summam argumentum sex librorum suorum, quibus asserit sedis apostolicae auctoritatem ac principatum contra novas sectas ², clarius sane et nervosius — quantum ex gustu conjicere licet — quam fecerunt ante eum alii. id quod conjicio ex eo libello quatuor quaternionum, quem ad me dedit contra excusationem Smalcaldianam. affirmat enim papae auctoritatem esse etiam supra universale concilium, quandoquidem et universalis olim concilia, etiam a papa legitime indicta, errasse affirmat, ut Ariminense et Ephesinum secundum. vereor tamen eum librum hoc tempore minus commodum fore propter exasperatos plurimorum in sedem

principum saeculi, et tot saeculis conservata est potestate Dei, non favore aut protectione principum. ergo Deo soli confidere debet et ejus respectu omnia judicare ac facere. non prosperabitur se ulli principum plus quam Deo confisa fuerit; Deus enim zelotus est et honorem suum non vult dare alteri! Als seinen Gewährsmann für die Nachricht von der Übergehung Aleanders im letzten Konsistorium und deren Grund führt Cochlaeus den Venetianischen Orator Carlo Capello an, mit dem er nuper in Prag zusammengetroffen ist.

1) Ernst von Schleinitz, Administrator zu Prag, Dompropst von Meifsen.

2) Hierarchiae ecclesiasticae assertio, das theologische Hauptwerk des Pighius, erschien zuerst 1538.

apostolicam animos, licet verissima existimem quae ille scribit. maluissem eum librum delitescere, donec concilium fuisset inchoatum. nam scripsit quidam ex urbe illustrissimo principi nostro, R^{mm} d. cardinalem Sadoletum adversa laborare valetudine, quo minus possit ad ejus rescribere literas, rescripturum tamen brevi ¹, et papam accinxisse se itineri versus Vincentiam ² maximeque omnium velle ut Lutherani illuc veniant, in quod daturus sit nepotes suos in obsides, ita quod securi et illesi debeant dimitti.

Si ita est, R^{me} d. praesul, ego certe nihil boni sperabo ex isto concilio, tum quod res est novi prorsus exempli sic demitti sedis apostolicae auctoritatem ad insultus nebulonum blasphemissimorum, tum quod hostes ab omni periculo securi procacissime loquentur et omnia nostra redarguent in publicis concilii consensibus, ut verear omnino longe infelicius cessurum istud concilium quam cesserit Basiliense, quando talibus pactis admisit Bohemos. nostri enim longe sunt et in linguis peritiores et ingenio acutiores magisque in eloquentiae studiis bonisque litteris exercitati quam fuerunt illi Bohemi. quid profecimus in conventu Augustensi per talem illis datam securitatem? nonne decus pejus habuit postea ecclesiae causa apud laicos quam habuit antea? sed et Bohemi multo alacriores a Basilea discesserunt quam advenerant. videat igitur etiam atque etiam summus pontifex ne, tali securitate rabiosis disputatoribus concessa, per eorum disputationes in publicis audientiis admittendas corrumpatur quicquid adhuc sani superest in Dei ecclesia.

Scribit quidam peti a papa consilium quo indicetur via ut Lutherani sub tali securitate venturi possint induci ut veniant, an forte res possit aliis mediis quam ex theologorum sententia transigi. addit autem acute scriptor ille: an autem hoc arguat constantiam eorum quae ab ecclesia sunt praescripta, eventus docebit. haec laicus quidam vir prudens et doctus. scio quidem ad rerum tractatus multo meliores esse viros expertos et jurisconsultos, praesertim ubi cum principibus agendum est; an vero ecclesiae summa causa debeat potius discuti juxta humanam prudentiam quam juxta sapientiam divinam in literis sacris proditam et juxta patrum antiqua decreta et secundum usum conciliorum super multos annos observatum, hoc R^{mae} D. V. expendendum relinquo. sperarem quidem et ego, facilius posse transigi cum principibus et civitatibus lutheranis quam cum eorum concionatoribus, sed metuo interim principes et civitates in nullo ³

1) Sadolet's Briefe an Herzog Georg 1537 und 1538 in Sadoleti epistolarum libri XVI, p. 465 sqq. (Ausgabe von 1564).

2) Über das Vicentiner Konzilsprojekt vgl. Nuntiaturberichte III, S. 40 Anm. 6.

3) Korrigiert (aus mille), scheint so heißen zu sollen.

consensuros esse nisi praehabito suorum concionatorum consilio, ne contra verbum Dei consentire videantur, quod unum praetendunt omnibus suis rebellionibus et sacrilegiis. esto ergo quod principes ipsi et optimates civitatum etiam cum primariis concionatoribus suis in pacem aliquam ecclesiae tolerabilem consentiant: quis tollet quaeso e cordibus aliorum, qui non interfuerint, pravam¹ suspicionem quod primores sint muneribus aut pollicitis a papa Caesareque corrupti et ad consentiendum contra verbum Dei inducti?

Multo quidem ineptior et simplicior sum quam ut in tanta re consilium salutare proferre queam; pro mea tamen et erga sedem apostolicam fide et erga R^{mam} D. V. confidentia scribam quod sentio. etenim firmiter credo sedem apostolicam habere auctoritatem suam de coelo, sicut de baptismo Joannis interrogabat Judeos salvator, an de coelo fuerit an ex hominibus. si ergo ex Deo est, quavis humana causa unquam dissolvetur? si ex hominibus fuisset, jam pridem dissoluta fuisset (Actorum 5²). tutius igitur foret mea sententia sic agere confidenter in domino, sicut egerunt priores summi pontifices, Julius I, Leo I, Innocentius I, Nicolaus I etc., atque ita confidere potius in divina providentia quam in practicis humanae prudentiae. si pio et sincero corde egerit Romanus pontifex quod sui est officii, caetera Deus ipse disponet, id quod R^{ma} D. V. clarius ex libello Alberti Pighii, quem simul mitto, intelliget. quem Romam mitti opus fore non arbitror, quia credo jam pridem e Colonia illuc transmissum esse.

Scripsit alium librum adversus novam calumniam regis Angliae et senatus ejus, quem neque Antverpiae neque Coloniae potest imprimere, ubi cavetur nequid contra regem³ imprimatur. petit igitur a me responsum, an velim eum imprimendum curare Lipsiae apud affinem meum, id quod lubentissime facturus sum, et in hoc rursus proprium nuncium Coloniae Leodiumque transmittere intendo, quando principis nostri consensu id fiet.

Coloniae nunc imprimuntur multae pulcherrimae conciliorum antiquitates, ad quos et ego nonnihil contuli nuper per nuncium proprium, sicut videbitur aliquando R. P. V.

A Rev. praeposito Herbipolensi⁴ humanissimum accepi responsum, non pro me modo, sed et pro Wicelio, quod summa fide pensionem Norimbergae juxta promissum persolvere semper velit juxta terminorum praescripta.

1) Vorlage parvam.

2) Act. 5, 38sq.

3) Vorlage reges.

4) Moritz von Hutten.

Hanus quoque recipiet suam portionem atque brevi edet libellum inscriptum R^{mo} d. cardinali Farnesio vicecancellario, de quo sic ad me scribit e Bambergae: coepi et absolvi his proximis diebus panopliam nostrae militiae, libellum ni fallor, per quem spes nobis sit certe de adversariis victoriae¹. sed et Wicelius strenue insudat labori suscepto ad complendam aestivalem partem suae teuthonicae postillae, quae in magna est apud nostrates expectatione. sed et d. Eckius cupit uti opera novi nostri typographi, sic et Rev. d. episcopus Viennensis, ut novit R^{ma} D. V., et d. Nausea et villaticus Bohemus et alii Catholici. quin et poeta quidam promittit nunc suam operam adversus schismaticos, cui nonnihil libellorum impressit nuper affinis meus. sed quod nuper scripsi, ita plane habet; nisi subvenerint ei Catholici in bona pecuniae summa gratis mutuanda ad unum aut alterum annum, peribit et devorabitur a foeneratoribus et dispendiosis monetae cambiis, quia perdidit hoc uno anno (ut mihi testatus est) supra 300 florenos in ejusmodi mutuis et cambiis. quod si juvabitur a piis, ut mutuis ejusmodi carere possit, intra biennium et ipse dives erit et Catholici omnes in Germania habebunt typographum et bibliopolam ita famigeratum atque ecclesiae utilem qualem non habet hodie neque Italia neque Gallia neque Germania; talis certe summe necessarius erit nobis tempore concilii. habet sane optimos characteres latinos et germanicos atque etiam latissimam habet notitiam inter cursores bibliopolas, qui libros in orbem lucri sui gratia dispergere solent. utinam sciret summus pontifex de eo, sicut ego scio. ego sane ex paupertatricula mea jam ultra triennium ita juvi et sublevavi eum ut debeat mihi supra 500 florenos; factus item fidejussor apud alios in 200 florenos; et bene spero eum evasurum cum lucro suo et cum ingenti ecclesiae catholicae bono. utinam ergo referantur haec aut iis similia ad Romanum pontificem, ut ad proximas nundinas quadragesimales homini in aliquo saltem mutuo subveniat, ne sic devoretur a foeneratoribus. scio enim quam necessarius sit nobis futurus tempore concilii; ego etiam utramque historiam, bohemicam scilicet et lutheranam, in id temporis reservo, quae certe modico aere excudi non poterit. bene valeat R^{ma} D. V. et bene consulat hoc festinatum² scriptum, quia abitus R. D. praepositi urget me.

Ex Misna 12 januarii 1538. non superest tantillum temporis ut relegere possim; precor itaque ut omnia boni consulat R. D. V.

Libelli mei nullum adhuc exemplar recepi e Lipsia; credo citius Pragam missum iri quam ad me.

1) Die Schrift ist, soweit mir bekannt, nie erschienen.

2) So von Aleander korrigiert aus festinanter.

52. Cochlaeus an Morone: Neubearbeitung seiner Antwort an Morysinus. Wolrab. Das Vicentiner Konzil. Das Consilium de emendanda ecclesia. Wittenberger Karrikaturen. 1538 März 19 Meissen.

Aus Mailand Cod. Ambros. O 230 sup. fol. 136, eigenh. Orig.

R^{me} domine, patrone benignissime.

S. ubi ex literis R. D. episcopi Viennensis intellexi R^{mae} D. T. consilium atque sententiam de responsione mea adversus Anglum Ricardum Morysinum, continuo aliam paravi responsionem priore et breviorum et mitiorem, cujus primum quaternionem nunc R^{mae} D. T. mitto, ut inde cognoscat me data opera parcere nomini regio, quamvis non per omnia potuerim, cum sit manifeste tot scelerum reus. boni precor consulat R^{ma} D. T. et sibi firmiter persuadeat me nominis et commodi mei longe minorem habere rationem quam fidei ac publicae causae.

Quod ad typographum attinet, multis jam mensibus pro eo sollicitus existo ut comperet paratam pecuniam absque usurae cambiique damnis, ut possit lucrum retinere sibi atque emergere aliquando, quo possit liberius postea servire Catholicis. spero itaque brevi futurum, eum egregie instructum ac expeditum fore typographum, tanto nobis prae ceteris commodiorem quanto in vendendis libris majorem habet industriam. antea, ubi aegre comparavimus aere nostro typographum qui nostra precio excuderet, non habebamus qui excusa venderet atque in orbem dispergeret; erant enim omnes Lutherani uno excepto Coloniensi, qui tamen mendose excudere solet. videbit R^{ma} D. T. quam pulchris characteribus hic noster latina excuderit episcopo Viennensi et d. Nauseae quaedam opuscula; in teuthonico quoque elegantissimos habet characteres ¹.

De concilio Vicentiae habendo adhuc misere suspensi haesitamus. metuo ne jubeat me aliquando proficisci illustris princeps in concilium ² subito, non praemissis necessariis libris et vestibus, sicut jubere solet profecturos in hanc vel aliam legationem germanicam. siquid ergo certi de concilii tempore acceperit R^{ma} D. T., dignetur obsecro in secreto mihi paululum detegere, quo melius praeparare queam necessaria. si jusserit R^{ma} D. T. rem tenere occultam, optima fide occultam tenebo, dummodo sciam quid mihi parandum sit. bene valeat R^{ma} D. T. et huic importunitati meae clementer ignoscat quaeso.

Ex Misna 19 martii 1538.

1) Diese Mitteilungen des Cochlaeus verwertete Morone bereits in seiner Depesche vom 23. Januar (Nuntiaturberichte a. a. O. Nr. 75 S. 246), in der er empfahl, den Drucker zu unterstützen.

2) Vgl. Gef's, S. 47, Anm. 3.

Multam ex animo salutem precor omni R^{mae} D. T. familiae, inprimis Rev. domino auditori et domino secretario.

vertatur folium ¹.

R^{me} domine. ex literis Jo. Haneri Bambergae datis intelligo, impressum consilium de reformatione Romanae curiae ² esse per Germaniam divulgatum. misit ille exemplar ad R^{mm} d. Brundusinum, ut inde intelligat an serio sic consultum sit, an vero sit Lutheranorum figmentum. credo illud R^{mam} D. T. jam pridem vidisse. unicum vidi exemplar quod principi nostro missum fuit. subscripta erant nomina clarissimorum virorum, qui pro doctissimis ac optimis habentur: cardinalis Contarini, cardinalis Sadoleti, cardinalis Anglici, Brundusini, Veronensis etc. pulcra quidem inerant, sed quae grandem curiae mutationem prae se ferebant et facile sic ordinari non possint.

Libelli mei titulus, scopa, apponitur titulo graeco adversarii, qui est ἀπόνευσις in calumniis Cochlei; ego vicissim alludens ajo: scopa in araneas Morysini.

Edunt Wittenbergae obscenas figuras, quarum una est in papam (quam vidi), ubi fractis Petri clavibus suspensi cernuntur ex una parte Judas Scarioth, ex altera papa cum foedis rithmis teuthonicis, quibus majore calamo subscriptum habetur: Mar. Luther antipapa curavit f. altera quae in me edita est (quam nondum vidi) habere dicitur monialem jacentem super substratam cappam, monachum vero super monialem. miror si non insaniunt contra se ipsos; non enim ad me, sed ad Lutherum potius spectat talis figura, et tamen audio eam figuram sic placuisse electori Saxonico ut ipsemet jusserit excidi in lignum et inde imprimi seu excudi; an verum sit, nescio. me talia non movent, indico tamen propter stultitiam eorum.

53. Cochlaeus an Morone: Briefe von Morone und Giberni erhalten. Polemik gegen Morysinus. Das Konzil. Gichtleiden. König Heinrich VIII. und seine Ratgeber. Befürchtungen. Übersetzung und Glossierung des Consilium de emendanda ecclesia durch Luther. Bevorstehender Besuch Herzog Georgs. 1538 April 10 Meissen.

Aus Mailand Cod. Ambros. O 230 sup. fol. 137, eigenh. Orig.

R^{me} domine praesul, ornatissime patrone colendissime. S. tercia die aprilis recepi ex Dresda literas et R^{mae} D. T. et R^{mi} domini Veronensis habeoque pro utrisque amplissimas gratias. ne vero

1) So unten auf Blatt 136^a; das Nächste auf Blatt 136^b.

2) Vgl. Dittrich, Gasparo Contarini, S. 360sq. (über die beiden römischen Drucke von 1538 das. S. 375).

utrumque vestrum de meo in Anglum libello suspensos ac sollicitos diutius teneam, mitto nunc utrique integrum exemplar. certe non videbam qua honesta ratione potuissem dissimulare tres causas de quibus tam acerbe in me fuit invectus adversarius, nempe de matrimonio reginae, de Mori et Roffensis nece crudeli deque impia ab ecclesia Romana regis regnique defectione, contra quam eo justius scribendum fuit quia video nostros Lutheranos et Zwinglianos eodem cum Anglis teneri errore, putantes primatum Romanae ecclesiae incepisse primum Phocae imperatoris temporibus ¹.

De concilii celebratione gaudeo certum tandem me responsum accepisse, etsi de mea profectione multum adhuc sum incertus, quia princeps et dominus meus nondum certi quippiam statuit quod sciam, et podagra coepit me hac hyeme pertinacius vexare quam ut commode proficisci possem, si non desisteret dolorum tyrannis. sed nihil vel momenti vel jacturae est in parvitate meae praesentia vel absentia.

Utinam de rege Angliae attentior sit et papae et Caesaris cura quam de Germaniae lutheranis principibus fuit! extant egregia exempla de priorum regum defectione statim correctae, nempe Johannis et Henrici II. si expectabitur diutius, donec episcopatus quoque sicut monasteria regis fisco incorporentur, quis facile restituet? vereor autem anxie ne a vicino Danorum rege ², qui episcopatus jam rapuit et fisco suo applicuit (ut audio), exemplum capiat Anglica rapacitas. maxime enim timeo hostiles in papam animos archiepiscopi Cantuarensis ³ et episcopi Vigorniensis ⁴ et Krumweli saecularis, qui apud regem omnia potest, ut audio. quod si firma fuerit inter Caesarem et regem Francia concordia, facile poterit (spero) ad ecclesiam reduci rex Angliae, saltem metu, sicut antecessores ejus supradicti, quamquam novum nunc Lutheranorum conventiculum Brunsvici celebratum me teneat sollicitum, ne Angli quoque eo foedere fiant ferociores minusque tractabiles.

Pulcherrimum consilium optimorum virorum cardinalium et episcoporum, quod papae de reformatione scripserunt, vertit Lutherus in teuthonicum ⁵ ac foedissime ^{conspurcavit} praefatione acerba et nequissimis in margine glossulis, tamquam non syncero, sed fraudulentum animo scriptum sit in eum finem ut, si in concilio desyderaretur reformatio, isti statim dicerent jam omnia reformata esse, verbis scilicet, re nihil.

1) D. i. im Anfang des 7. Jahrhunderts.

2) Christian III.

3) Cranmer.

4) Latimer.

5) Köstlin II, S. 407; Dittrich a. a. O. S. 372.

Per sacram hebdomadam erit hic nobiscum princeps noster, qui forsitan certiora mihi de concilio dicet, an et quando velit mittere vel me vel alios. bene valeat R^{ma} D. T. cum omnibus suis et importunitati meae precor ignoscat clementer.

Ex Misna 10 aprilis 1538.

Siquae fuerit aliquando oportunitas, dignetur obsecro R^{ma} D. T. literas R^{mo} domino Veronensi destinare.

54. Cochlaeus an Morone: Briefe von Morone und Farnese erhalten. Aleanders Kardinalat. Der Friede. Die englische Angelegenheit. Die Beschickung des Konzils durch Herzog Georg. Die Braunschweiger Tagfahrt der Protestanten. Laienkelch und Priesterehe. 1538 April 25 Meissen.

Aus Mailand Cod. Ambros. O 230 sup. fol. 138, eigenh. Orig.

R^{me} domine, praesul ornatissime ac peritissime.

S. hesterno vespere R^{mae} D. T. responsum gratiosum recepi simul cum literis R^{mi} domini cardinalis Farnesii. ago R^{mae} D. T. pro utrisque ingentes gratias, ambae enim epistolae gratia et humanitate refertae erant vehementer. itaque jucundum mihi est intellexisse et R^{mi} ac Illustris domini cardinalis Farnesii gratiam et R^{mi} domini cardinalis Brundusini honoris sublimationem¹. utinam propediem ex R^{mae} D. T. literis, quas oraculi instar habeo, intelligam veram et solidam pacem inter Caesarem et regem Franciae summi pontificis autoritate ac intercessione compositam, sine qua profecto nihil boni hoc anno futurum spero: sine ea non facile resistitur Turcis, sine ea languabit autoritas concilii, duo maxima mala, si pax illa non fiat. gratias item ago R^{mae} D. T. de pia consolatione quantum ad Anglicanas res attinet. quod autem jocatur R^{ma} D. T. de scopa mea, quod verrat omnes Morysini calumnias, pro sua facit humanitate; sed longe abest ut tantillo libello potuerint tot illius convicia atque calumniae verri plene aut eruncari.

Quem aut quos aut quando missurus sit Illustriss. princeps dux Georgius ad concilium, nondum scio. fuit quidem hic per hebdomadam sanctam et ea de re aliquando fecit mentionem, sed non certam, quia ignoraret certam pacem inter monarchos nostros. Lutherani Brunsvici convenerunt, sed dissipabit Deus (uti spero) gentes quae bella volunt. princeps et praelatus quidam lutheranus transmisit ad principem et dominum meum supradictum teuthonicum librum bene magnum, in quo accuratissime disserit et pro

1) Aleanders Erhebung zum Kardinalat hatte am 13. März 1538 statt.

utraque specie eucharistiae laicis danda et pro conjugio sacerdotibus permittendo. principem tamen nostrum non movet (Deo sint gratiae) suis suasionibus. bene valeat R^{ma} D. T. cum omnibus suis.

Ex Misna 25 aprilis 1538.

55. Cochlaeus an Morone: Bedenken gegen den Druck der Schrift des Mönches Isidor. Das Konzil. Die Schmalcalder Artikel Luthers. Ausschluss der Möglichkeit einer friedlichen Verständigung. 1538 Juli 10 Meissen.

Aus Mailand Cod. Ambros. O 230 sup. fol. 143, eigenh. Orig.

R^{me} domine, praesul ornatissime.

S. librum Isidori monachi, quem mihi tradidit Budissenae¹ R^{ma} D. T., nondum tradidi typographo, quamvis eum diligenter interim perlegerim ea intentione ut excuderetur². cum autem videam scriptores sectarum indies animosiores fieri, vereor equidem ne ex hujus libri editione adhuc superbiores fiant et dicant plebi: ecce fatentur adversarii posse nostra disputari ac defendi inter eruditos, sed non debuisse ea ad populum evulgari. ex quo sane sermone gravis in populo adversum nos oriri possit suspicio et majus quam unquam antea scandalum. quamvis igitur sit liber eruditissime scriptus et luce publica dignissimus, vereor tamen ne temporis et hominum malignitate non faciat editus fructum quem speramus. si enim non verentur haeretici carpere consilium tot cardinalium et episcoporum, quomodo intactum dimitterent librum unius monachi, cum hodie nihil sit vel contemptius vel exosius apud eos monachorum ordine? recurro itaque ad R^{mae} D. T. iudicium, quid de libro faciendum censeat. certe quod ego timeo, timent et alii nonnulli viri boni et eruditi.

R^{mus} dominus episcopus Veronensis scripsit mihi e Vicentia 15 maji, tunc nudius quarto summa cum honorificentia ingressos et susceptos fuisse tres sedis apostolicae legatos, cardinales Campesium, Simonetam et Brundusinum; de concilio tamen ante exitum conventus Niceensis nihil certe statui posse, id quod et ego

1) In Bautzen verweilte K. Ferdinand, und mit ihm der Nuntius Morone, vom 21. bis zum 24. Mai 1538; dorthin war also damals auch Cochlaeus gekommen: vgl. Nr. 56 (in der bezüglichen Depesche — a. a. O. Nr. 93 — gedenkt Morone des letzteren nicht).

2) Der hier erwähnte Mönch Isidor, von dem es in Nr. 57 heisst, dass er sich in Contarinis Umgebung in Rom aufgehalten, ist wohl identisch mit „il nostro padre don Isidoro“, von dem Gregorio Cortese am 23. Mai 1537 an Contarini schreibt, dass er Prior in Modena geworden sei (Dittrich, Regesten und Briefe Contarinis, S. 99, Nr. 328; vgl. ebendas. S. 102, Nr. 342).

semper existimavi. apud nos altum jam silentium est de utroque, nempe et de concilio et de illo conventu. interea edidit Lutherus teuthonicum librum suorum articulorum, quos ait suos acceptasse et proponendos esse in concilio si requirantur¹; inter quos pro indubitatis vult haberi istos, nempe: solam fidem justificare; missam papisticam esse maximam ac horrendissimam abominationem; invocationem sanctorum esse abusum antichristianum et papam non esse jure divino caput ecclesiae, sed dumtaxat episcopum aut pastorem ecclesiae Romanae. istos quatuor vult servari hand secus atque evangelium; subjungit multos itidem impios, de quibus etsi velit permittere disputationem, vult tamen nihilominus retinendos a suis esse. apertis itaque verbis praecidit nobis omnem concordiae spem, quantum in ipso est, quemadmodum et ego existimo neque Angliae regem neque lutheranos principes reductum iri ad rectam fidem ullis blanditiis aut persuasionibus, nisi compellantur timore aut armorum terrore, quia religionem et pietatem omnem exuerunt. at nunquam timebunt, nisi intellexerint Caesari cum rege Franciae firmam esse pacem. haec est summa sententiae meae, utinam falsae! bene valeat R^{ma} D. T. peritissime patrone, et has ineptias clementer mihi condonet.

Ex Misna 10 julii 1538.

56. Cochlaeus an Morone: Polemik gegen Johann Sturm und Luther. Der Nizzaer Stillstand. Verleumdungen wider Paul III. Morones Rückkehr nach Italien. 1538 Juli 15 Meissen.

Aus Mailand Cod. Ambros. O 230 sup. fol. 142, eigenh. Orig.

R^{me} in Christo pater, praesul ornatissime.

S. ante paucos dies scripsi ad R^{mam} D. T. de libro Isidori monachi, quod ex certis causis dubitem de ejus editione. mitto nunc libellum meum pro consilio cardinalium etc. contra Joannem Sturmium². libenter mitterem in Italiam exemplaria aliquot Sturmii, sed nullum prorsus adipisci possum; rogo igitur ut R^{ma} D. T. dignetur illud exemplar quod R^{mae} D. T. tradidi, ad unum ex illis cardinalibus aut episcopis simul cum libello hoc meo mittere, ut si forte R^{mi} domini illi nondum vidissent epistolam Sturmii, per R^{mam} D. T. viderent et seirent inde quid amplius agere debeant.

1) Die sogen. Schmalkalder Artikel, abgefaßt 1537, herausgegeben 1538: Köstlin II, S. 388 ff.

2) Über Johannes Sturms Vorrede zu dem Consilium de emendanda ecclesia und die Verteidigungsschrift des Cochlaeus s. Dittrich a. a. O. S. 369 ff. 372.

Lutherus nondum edidit libellum articulorum pestilentissimorum, quo scandalizat plurimos; cui quaecumque parabo antidotum, si Deus dederit. scripsit autem teuthonice de concilio generali. nihil certi audimus de concordia inter Caesarem et regem Franciae; ferunt in decennium extrusam esse¹. de papa vero nescio quis diabolus ex Italia semper pejora scribit ad Germanos, qui plus inde irritantur ad maledicendum. ferunt eum practicare ut pro filio aut nepote suo acquirat ducatum Mediolanensem, maximam pro eo pecuniam promittens, quod ego non credo. quidam tamen frementes hoc mihi improperant tamquam papistae; ego nil nisi sanctissima quaeque de hoc San^{mo} domino nostro mihi persuadeo.

Bene valeat R^{ma} D. T. cum omnibus suis, et si in Italiam perrexerit, rogo ut parvitatem meam commendare dignetur . . cardinalibus Sadoletto Contareno Campegio Simonetae Brundusino, maxime vero piissimis benefactoribus meis, cardinali Alexandro Farnesio vicecancellario et episcopo Veronensi. mitterem plura hujus libelli exemplaria, nisi timerem R^{mam} D. T. jam abiisse e regis curia, sicut Budissinae mihi dixit se intendere².

Ex Misna 15 julii 1538.

57. Cochlaeus an Kardinal Gasparo Contarini: die Polemik über das Consilium de emendanda ecclesia. Das Buch des Mönches Isidor. Neue Schmähschriften Luthers. Hoffnungen auf das Konzil. Besorgnisse wegen Englands. 1538 Juli 16 Meissen.

Aus Arch. Vat. Arm. 62 vol. 37 fol. 143—144, eigenh. Orig.

Die von Luther und, wiewohl weniger schroff, von Johannes Sturm gegen das von Contarini an erster Stelle unterzeichnete Consilium de emendanda ecclesia gerichteten Angriffe geben Cochlaeus den Anlaß, sich an Contarini zu wenden und diesem seine eigene Schrift wider Sturm zu übersenden.

Wünscht über die Frage, ob es gegenwärtig opportun sei, die ihm von Morone eingehändigte, versöhnlich gehaltene Schrift eruditi cujusdam viri Isidori monachi, qui Romae vobiscum fuit tempore consultationis, zum Druck zu bringen, die Meinung Contarinis oder Morones zu hören³.

1) Am 15. Juni 1538 war in Nizza durch Papst Paul ein zehnjähriger Stillstand zwischen Kaiser Karl und König Franz vereinbart worden.

2) Vgl. Morones Depesche vom 27. April (a. a. O. Nr. 88).

3) Die Antwort des Contarini an Cochlaeus, welche nur die beiden obigen Gegenstände berührt, ist gedruckt bei Dittrich, Regesten und Briefe, S. 296f., Nr. 30. (Ebendas. S. 374f., Anhang Nr. 5, auch einz

Ex adjuncta scheda intelliges quam foede injuriosus sit excucullatus ille furcifer in R^{mm} et Ill. cardinalem Moguntinum¹. edidit vero adversus concilium nuper pestilentissimum articulorum suorum librum teuthonice contra missam, contra papatum, contra poenitentiae tres partes, contra purgatorium, indulgentias etc., ex quo sane libro moventur et scandalizantur multi. ideo rogatus sum a plerisque quaecumque opponere antidotum. editus praeterea fuit ante aliquot annos latinus liber centum gravaminum Germaniae cum annexione annatarum quae papae ex toto orbe obveniunt: eum ergo librum, qui in Romanam curiam vehementer invidiosus est, nuper iterum excudi curavit Lutherus cum saeva praefatione sua. spero tamen, si concilium generale progressum haberit, illius auctoritatem apud Germanos magna ex parte diminutum iri. nam et sectae suae homines scurrilia ejus maledicta foedasque picturas detestari incipiunt. utinam vero rex Angliae ullis salutaribus admonitionibus revocetur a defectione, antequam in ejus regno pestilens haec haeresis radices agat, sicut in Germania Daniaque et Suecia perniciosissime jam egit. scripsit in me quidam Anglus, Ricardus Morysinus; quid vero ei responderim, si nosse vellet R^{ma} D. T., exemplar transmisi R^{mo} domino episcopo Veronensi. sed tali me non dignor honore ut putare presumam aliquid meorum dignum esse lectione tua. bene valeat R^{ma} D. T. . . .

Ex Misna 17 calendis augusti anno domini 1538.

58. Cochlaeus an Aleander: Glückwunsch zur Erlangung der Kardinalswürde. Die Notlage Wolrabs und wie ihm zu helfen. 1538 Juli 16 Meissen.

Aus Florenz Arch. di Stato Carte Cerviniane filza 40, nr. 1, eigenh. Orig.; mit Vermerk Aleanders: Viennae 28 octobris 1538.

R^{me} in Christo pater, domine et patrone clementissime.

S. factum est tandem quod et multorum expectatio et meritorum tuorum cumulus jam pridem desyderavit, quod bonum foelix ac faustum sit tibi tuisque omnibus. Denm precor tuaeque universae prosapiae ex animo congratulor, quod eum nunc habet alumnum qui non solum privata eruditionis excellentia, verum etiam publica in summis dignitatibus administrator floret atque conspicuus est in summo totius orbis terrarum senatu. macte

weiterer, aus Anlaß dieser Antwort erfolgter Brief des Cochlaeus an den Kardinal vom 20. Februar 1539.)

1) Gemeint ist die am 16. Juni von der Kanzel verlesene und dann auch gedruckt verbreitete Erklärung Luthers wider Simon Lemnius, welche auch den Kardinal von Mainz als Gönner dieses mitnahm.

virtute ac eruditione, clarissime praesul et princeps, et gaude te non consanguinitatis aut affinitatis patrocinio nec magnatum aut regum intercessione, sed vi propria meritorum efflagitante optimi cujusque testimonio ad summos tandem honores sublimatum esse. bene sit summo pontifici qui tale ac tantum adscivit s. Romanae ecclesiae membrum et universalis ecclesiae cardinem!

Schildert die bedrängte finanzielle Lage des Leipziger Druckers, dem er eine seiner Schwestertöchter zur Frau gegeben hat. etenim typographiae officina recens tribus praelis et optimis scripturarum tum latinarum tum teuthonicarum generibus a novo instituta constat supra mille florenos. affert deinde bis quotannis e nudinis Francfordiensibus papyrum impressoriam pro 700 fl.; bibliopolium vero adhuc majorem requirit pecuniae summam¹. adjuvi ego pro modulo tenuitatis meae quantum potui, factus etiam fidejussor pro eo apud nonnullos pios creditores. nihilominus ad utriusque rei impensas cogitur adhuc multum pecuniae et quidem ad breve tempus sub foenore jam a Judaeis Francfordiensibus, jam a christianis mercatoribus etiam cum dispendioso cambio recipere. atque ita fit ut majorem lucri partem recipiant alii, quorum pecunia res agitur, miser vero pro summis curis et laboribus suis vix tantum reportet lucelli unde domum familiamque sustentet. queritur enim se perdere quotannis circiter 300 fl. in mutuatis pecuniis per foenus et damnosum interesse, et quamvis propriam habeat Lipsiae domum (licet non magnam), cogitur tamen propter bibliopolium quotannis 70 fl. dare pro loco ubi libros vendat in publico Francfordiae et Lipsiae. haec est, R^{me} domine, nunc praecipua cura mea, quo modo possit ille perdurare sub tantarum impensarum onere, ut non corruat et non trahatur a creditoribus propediem in nervum. existimat autem se ope divina facile emersurum, si uno saltem anno posset ita negociari libere sine usurarum dispendio, quod fieri posse arbitror, si saltem 300 fl. per unum aut alterum annum sine usura in mutuum haberet. in his igitur rogo R^{mam} D. T. nostri memorem esse bono aliquo promovendi consilio absque damno tuo. caetera ex aliis R^{mis} dominis, ad quos nunc scribo, intelligere poterit R^{ma} D. T., quam diutissime bene valere opto eique me humiliter commendo.

Ex Misna 16 julii 1538.

Addo libellum, cujus causa ad tuam quoque R. D. ex parte attinet². boni precor consule; ex adjuncta vero scheda in-

1) Randvermerk des Cochlaeus: bibliopolium tenet, ut nostra opuscula facilius distrahat, bonam eorum partem pro aliis libris commutando, quia non potest omnia vendere pro parata pecunia.

2) Nämlich seine Aequitatis discussio super consilio delectorum de

telliges quam superbus et impotens dominator factus sit Lutherus.

59. Aleander an Cochlaeus: Unterstützung Wolrabs durch die Kurie zur Zeit aussichtslos. Gründe der späten Beantwortung zweier Briefe des Cochlaeus. 1539 Februar 14 Wien.

Aus Arch. Vat. Nunz. di Germ. vol. 52 fol. 206^b—207^b, gleichz. Abschr.

Rev. et doctissime doctor, tanquam frater, salve! postquam in Germaniam veni¹, binas abs te literas accepi, posteriores Viennae brevissimas, priores Lyncii satis copiosas². ad has, quarum precipue partes sunt de subsidio tibi ex urbe mittendo imprimendorum librorum causa, illud tibi responsum datum velim quod tu in literis tuis postremis ad Rev. Viennensem, quasi divinares, preoccupasti, ita scilicet esse pontificem et sacrum collegium ob expeditionem illam non minus difficilem quam sanctam contra Infideles gravissimis expensis etiam longe supra vires oppressos ut nihil de urbano subsidio neque ego tibi polliceri neque tu in praesens expectare possis, quum (ut uno verbo tibi id negotii explicem) toga nunc ubique armis cedat! — — —³

Quod ad tuas literas non prius responderim, quinimo nec ad Ill^{mm} vereque catholicum principem tuum scripserim, id in causa fuit quod post impeditam perfectionem meam in Hungariam, quo destinatus fueram a pontifice quum primum pax inter Ser^{mm} Ferdinandum et Joannem reges juramento populi firmata et publicata esset, in continua meditatione fuimus cum Ser^{mo} rege Bo-

emendanda ecclesia, welches consilium auch in Aleanders Namen erstattet worden war.

1) Über die Neuaussendung Aleanders nach Deutschland als Kardinallegat s. Nuntiaturredichte III.

2) In Linz verweilte Aleander bis Mitte Oktober; seit dem 19. Oktober war er in Wien. Hier empfing er — laut des Praesentatum — am 28. unsere Nr. 58, die aber mit den posteriores brevissimae, aus deren Inhalt Aleander eine Anfrage nach seinen Fakultäten erwähnt (s. nächste Anmerkung), nicht identisch sein kann. Ebenso wenig ist sie es mit den priores, die ja Aleander in Linz erhalten zu haben angiebt. Man muß deshalb annehmen, daß er hier jenes Briefes vergißt. Auffallend bleibt dabei freilich noch, daß Aleander die priores literas vor Nr. 58 erhalten haben muß, während doch letztere augenscheinlich der früheste Brief war, den Cochlaeus an den ‚Kardinal‘ Aleander schrieb; es bleibt nur die Annahme übrig, daß die priores litterae, obschon später als Nr. 58 geschrieben, doch kraft direkterer Beförderung ihr Ziel eher erreichten. (Eine Angabe über den Inhalt wohl der priores litterae ist angeführt in Nuntiaturredichte III, S. 440, 3.)

3) Es folgt der in Nuntiaturredichte IV, S. 543, 1 (zu Beilage Nr. 51^{*}) mitgeteilte Passus über die Legatenfakultäten Aleanders.

hemiam petendi, ubi principem tuum et virum multis nominibus clarum mihi que carissimum, dominum Julium Pflug, una tecum vel me coram visurum sperabam vel propius literis salutaturum, id quod etiam brevi futurum spero favente numine. verum quum Viennensis noster mihi jamjam significarit se missurum ad te tabellarium hac nocte, etsi eram supra quam credere posses occupatissimus, quum inter cetera etiam ad urbem cursor discedat, malui tamen quicquid in buccam venit effutire quam pati hanc ad te scribendi occasionem frustra praeterfluere. — — — ¹

Viennae quartadecima die februarii 1539.

60. Cochlaeus an Johann Fabri, Bischof von Wien:

Briefschweigen Aleanders. Die Neuerer in Dresden. Disputationen. Verminderung der Aussichten auf Bekriegung Englands und Abhaltung eines Konzils. Verbleiben des Cochlaeus in Stolpen beim Kapitel. Der Bischof von Meissen. Kirchliche Feiern; Verhalten der Bevölkerung. Lage Wolrabs; Bürgschaften des Cochlaeus für diesen. 1539 Juni 24 Meissen.

Aus Arch. Vat. Armar. 64 vol. 26 fol. 240^a—242^b, gleichz. Abschrift.

R^{mo} praesul et patrone observandissime.

S. Multas intra breve tempus epistolas ad Rev. D. T. dedi partim e Misnia, partim ex Stolpen, et novae quotidie superaddi possent, tanta est apud nos rerum novitas et tam acre innovandi studium ². nos in tantis constituti periculis et anxietatibus pro conservanda patrum religione in ecclesia et diocesi Misnensi, nullam adhuc literulam a R^{mo} domino cardinale legato recepimus ³. bene promittebat ejus secretarius, Rev. dominus Dominicus, Pragmae ⁴. nos ex Stolpen iterum misimus literas, ut per administratorem e Praga per proprium Viennam mitterentur nuntium. at ille per Rev. dominum vicarium Jodocum Rausch se misisse ait; sed quoniam urgemur, iterum mitto hinc proprium

1) Das Folgende ist a. a. O. S. 541, 2 und 542, 2 ebenfalls verwertet worden.

2) Zur Geschichte der Religionsveränderung im Herzogtum Sachsen nach dem Tode Herzog Georgs (gest. 17. April 1539) vgl. Nuntiaturberichte IV, S. 541 ff. (Beilagen Nr. 51 * ff.), woselbst auch mehrere Briefe des Cochlaeus — an Aleander und andere — abgedruckt sind.

3) Vgl. Nuntiaturberichte III, S. 84 f.

4) Hierhin begaben sich Cochlaeus und Julius Pflug persönlich in der Hoffnung, Aleander (der jedoch in Wien zurückgeblieben war) anzutreffen und ihm ihre Wünsche inbetreff der Gewährung kirchlicher Konzessionen vorzutragen: Nuntiaturberichte IV, S. 40 ff. (Nr. 198. 199).

nuntium, cui secure confidere possitis ¹. adjuva igitur obsecro, R^{me} domine praesul, ut absque longiori mora responsum et resolutionem consequamur a R^{mo} domino legato; nam si nihil responderit, nos nihil efficere poterimus.

Ill^{mus} princeps dux Saxoniae Henricus ante festum corporis Christi [Juni 5] Treste veterem interdixit ritum in celebratione missarum baptismisque et processionum cum corpore Christi. nullam igitur processionem ibi celebrare licuit. pastor Trestensis, theologiae doctor, cum nollet novos acceptare ritus, depositus est, in locum ejus receptus est Joannes Cellarius, qui aliquot annis Budissinae praedicavit et nuper alteram ex familia nobili de Girsdorff uxorem ibi duxit. qualia autem sint Lypsiae facta decreta, ex adjuncta intelliges scheda ². in feriis penthecostes [Mai 25] affuerunt gigantes nostri saeculi Lutherus, Jonas, Cruciger et Miconius. in discessu receptus est in currum principum Lutherus medius inter electorem Saxoniae et ducem nostrum Henricum. relictis fuerunt ibi Cruciger et Miconius, qui non solum praedicant populo, sed et theologorum disputationibus sese ingerunt. quum igitur Miconius (quem Fritz Vademecum vocant) Franciscanorum apostata praedicasset, post consecrationem cessante usu sacramenti nihil de corpore aut sanguine Christi ibi remanere, frater quidam Dominicanus theologiae licentiatum inter argumentandum dixit, dogma ejusmodi esse haeticum. quod illi duo aegerrime ferentes et de injuriis protestantes, multis clamoribus turbarunt auditorium. doctor Melchior Rudek ³ (quem in consecratione nostri episcopi vidit hic R^{ma} D. T., virum procerum ac eruditum), cum esset disputationis praesidens, interlocutus fuit ad sedandos clamores, promittens ea de re propriam disputationem post octiduum celebrandam. utraque pars promisso ejus acquievit. ille igitur mox per literas ea de re me consuluit. cumque ad consulendum non superesset nisi unicus dies (in eo tamen hospites ad prandium invitaveram pastorem Trestensem depositum nostrumque decanum et quosdam canonicos), festinanter aliquot contra novum errorem de permanentia corporis Christi in hostia consecrata fundamenta collegi ac mox per proprium nuntium Lypsiam domino Melchiori transmisi, ex quibus ait ille se probe adjutum. disputaverunt itaque die 20 junii feria sexta post Viti, mane quidem a sexta usque ad decimam, et post meridiem a prima usque ad quintam horam. nostri cum meliorem haberent causam

1) Gleichzeitiges Schreiben des Cochlaeus an Aleander abgedruckt a. a. O. S. 564 ff. (Nr. 61 *).

2) Mitgeteilt a. a. O. S. 566, 1.

3) Der Name ist so eng an den Rand gedrängt, dafs der Schluss nicht deutlich lesbar ist.

de permanentia, adeo ut illi faterentur posse ibi in hostia consecrata permanere corpus domini uno aut altero die, ut non opus foret eam denuo consecrare, non tamen diutius, converterent scopum disputationis contra transsubstantiationem, in qua mire gloriati sunt; et in nostrorum confusionem interrogavit Miconius puerum quendam quid significet panis, quid vinum, tanquam puer melius intelligeret Paulum de hoc sacramento nostri theologi. multus atque excitatus fuit risus in auditorio ab indoctis sutoribus et sartoribus, quorum multi ex curiositate se ingesserant. decrevi igitur ea de re nonnihil scribere, quod et Rev. D. T. facturam esse spero, si quid olim concessum fuerit. memor sum enim epistolae Rev. domini Augustini Marii, suffraganei Herbipolensis, ad clarissimum virum dominum Nauseam evulgatae, in qua queritur frustra assertum esse totum Christum a R^{ma} D. T. in eucharistia, nisi et asseratur ejus remanentia. dominus Melchior petiit ab adversariis ut partem suam scriptis confirmarent, ipse quoque suam itidem scriptis munire vellet suisque impensis utramque partem transmittere ad praeclaras theologorum scholas, Coloniam, Lovanium, Parisius. at illi recusarunt, et paulo post Miconius in contione ad populum in nostros invectus est, proterve minitans, si aliunde advenirent qui disputare vellent, se non responsurum diutius quam sibi placeat, caetera principi commissurum. ita retulit mihi hesterno vesperi magister quidam Lypsenis. quod si Rev. D. T. eos confutare spetiali libro errores dignabitur, rogo ut et urbis et disputationis Lypsenis nomen omittat; nam aliunde satis constat hos a Lutheranis et Zwinglianis doceri errores, ut patet ex domini Echii 31. sermone de sacramentis.

De violentis principis mandatis contra missam ac contra unius speciei usum ad longum scripsi R^{mo} domino legato; de Wicelii exilio domino Nauseae coadjutori; nolo in iis Rev. Dⁿⁱ T. frustra molestus esse, quia illi facile exhibebunt si legere volueris. rogo autem ut R^{ma} D. T. dignetur mihi bene prolixam scribere epistolam aut potius amanuensi alicui pronuntiare ac dictare, de rebus Angliae. miror equidem tam languidam de tanto bello, quod contra tyrannum inferri dicebatur a maximis et potentissimis regibus, Cesare regibusque Franciae, Scotiae et Portugalliae, vagari famam, et ubi manet concilium nostrum? at audio Franckfordiae nunc in italicum transferri quosdam Lutheri libros. quid igitur si Italiae quoque populi per nostram desidiam in fidem apostolicam concitentur? num quid religiosiores sunt nostris populis, iis presertim qui olim in Misnia, Lusatia et Slesia tam devote cultum Dei et sacerdotum reverentiam pauperumque scholarium alimoniam promoverunt?

Quanquam me hic sine periculo permanere non posse arbitror,

maneo tamen, ut episcopo et capitulo nostro tantis in perturbationibus non desim, utinam ulli usui esse queam. mitto Rev. Dⁿⁱ T. formulam novam consecrandi sacerdotes, quam in teuthonico quodam scripto nuper repperi. boni precor consule et bene longas deque variis rebus literas ad me per praesentium latorem remitte.

Rev. dominus episcopus noster, quia obrutus est nunc et variis catholicorum sacerdotum quaerelis, qui vim paciuntur a Lutheranis, et multis ad principem scriptionibus, non potuit ulla huic nuntio tradere literas, sed mihi totum commendavit negocium istud; neque decanus scribere potest, quia heri hinc profectus est ad matrem infirmam atque etiam ad fratres suos. rogo igitur ut R^{ma} D. T. legatusque et dominus Nausea habeant ambos benigne excusatos. processionem corporis Christi nos per omnium ritu antiquo peregrimus atque etiam festum sancti Bennonis dominica proxima¹, in quo sane multus ex plebe rustica affluit populus, qui confessione facta communicavit sub una specie propter plenarias indulgentias. cives autem Misnenses, etsi processionem corporis Christi in die festo celebraverunt more antiquo, incensum tamen prorsus omiserunt, praetendentes principis mandatum. in summa ruit alto a culmine apud nos religio, nullae nos juvant preces, nullae rationes nec ullae promissiones. bene valeat R^{ma} D. T. et laetiores quaeso rescribat literas quam ego scribo.

Ex Misna in festo sancti Joannis Baptistae 24 junii 1539.

R^{me} domine, summo cum dolore dimitto et amando [sic!] hunc nuntium absque literis typographi, qui promisit huc venire hoc tempore. expectavi totum quatrimum, non venit, ulterius expectare non licet propter imminetia religionis pericula. persuade quaeso Rev. domino doctori Nauseae coadjutori tuo ut non sinat frustra hunc mitti nuntium propter ejus sermones, in quibus rationem de caeremoniis nostris antiquis reddidit; propter eos enim praecipue mittitur. ultra omnes molestias quas patior intus et extra, accedit nova anxietas, qua ut fidejussor pro typographo exigor solvere debita duo, unum 200 florenorum, alterum 100 florenorum. creditores quidem boni erant et non coegissent violenta, at mortui sunt et succedunt duri ac inmites haeredes. typographus non habet in parato pecuniam; excudit Wicelii postillam denuo, ex qua sperat 1500 florenos, sed interim patitur si non justus, certe miser Cochlaeus! spero tamen Deum pro-

1) D. i. Juni 22; der eigentliche Festtag des h. Benno von Meissen ist der 16. Juni.

visurum esse, ut non confundar usquequaque. nihil hic a R^{ma} D. T. peto; non possum tamen tibi tanquam summo et antiquissimo patrono meo hoc quoque infortunium caelare. boni consule precor.

(Fortsetzung folgt im nächsten Heft.)

4.

Zur Union der romfreien katholischen Kirchen des Abend- und Morgenlandes.

Von

Lic. Leopold Karl Goetz,

alkathol. Pfarrer in Passau.

„Die Vereinigung der alkatholischen Kirchen des Westens mit den orthodoxen Kirchen des Ostens“ — wie die offizielle Benennung in dem Gutachten der alkatholischen Bischöfe lautet —, über die ich zum Teil in der Nachricht Nr. 18 Bd. XVII, 4 dieser Zeitschrift berichtet habe, hat in den letzten Jahren bedeutende Fortschritte gemacht.

In erster Linie ist da zu erwähnen die wissenschaftliche Vorbereitung der Union durch die Theologen der verschiedenen Kirchen in der hauptsächlich dem Unionsgedanken gewidmeten Internationalen Theologischen Zeitschrift (*Revue internationale de Théologie*).

Die allgemeinen Gesichtspunkte bei einer geplanten Union, die Möglichkeit dieser, sowie ihre notwendigen Grundideen behandeln in verschiedenen Aufsätzen und Briefen der Russe General Kirejev und die Engländer Meyrick und Lias. Ein öfter diskutierter Gegenstand ist das Verhältnis der orientalischen Kirchen zu Rom, die darüber handelnden Aufsätze schliessen sich hauptsächlich an die Bulle Leos XIII. *Praeclara gratulationis* vom 20. Juni 1894 an, die Prätionen des Papstes werden vom Standpunkt der orientalischen Kirchen aus natürlich zurückgewiesen, wie auch das „Rundschreiben des ökumenischen Pa-